

2

# COMMEN TARIUS DE DVA

BVS IN CHRISTO NATVRIS,  
& vnica hypostasi, aduersus hære-  
ses huius ætatis.

*Georgij Casandri.*



COLONIAE,  
*Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.*  
ANNO 1555.

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15

2


# COMMEN TARIUS DE DVA-

BVS IN CHRISTO NATVRIS,  
& vnica hypostasi, aduersus hære-  
ses huius ætatis.

*Georgij Casandri.*



COLONIAE,  
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.  
ANNO 1555.



DE DVABVS IN  
CHRISTO NATVRIS, ET VNA  
*hypoſtaſi, Commentarius Georgij  
Caffandri.*



T A diaboli calliditate cō  
paratum est, vt salutiferū  
Dominicę incarnationis  
sacramentū præcipuarum  
hereseon feminariū effici  
atur. Cū enim in Chri-  
sto, in ipsa & post ipsam incarnationē duæ  
naturę ita sint distinguēde, vt tamē in vnam  
personam coeāt: ita rursūm cōiungēde, vt  
vtraq; immutata permaneāt, fit vt hac distin-  
ctiōne & cōiunctiōne ab hominib⁹ naturę  
& personę discrimē, & propriā vniuscuiusq;  
notionē non satis obseruantib⁹, in varios &  
grauissimos errores incuratur. Primū itaq;  
periculū est, nedū naturas distinguere velis,  
eas diuellas ac separe, rursūm dum eas con-  
iungere niteris, permisceas atq; confundas:  
atq; hic facillimus lapsus existit, ne pro di-  
stinctione diuulsionē & separationē, vel spō-  
liationem, rursūm ne pro cōiunctiōne seu  
vnitione permixtionē seu confusionē, siue  
verō mutationē ac conuersionem inducas,

A 2 quod:

157944673

COMMENTA. DE

quorū superiūs olim nestorio & hodie Adamo pastoris, posteriori olim Eutychemi, nra ætate Mennoni ac Caspari Svuenckfeldio euenit. Alterū periculum est, ne inter naturā & personā quid interfit, non satis accuratè teneas. Neq; enim consequit̃, vt si duæ sint in Christo naturæ, cōtinuò duas esse personas & duos filios, duosq; Christos, quod Menno cōsequens esse falsò opinatur: Neq; rursus, si vna existit persona ex Deo & homine, statim conficit̃, vt vna tantūmodo natura in Christo constituatur, quod ab Eutychemi & Mennonem asseritur. Atq; ob has difficultates & perplexitates fit, vt dū confusionem nōnulli vitant, in diuisionē naturarū, ut Nestorius, vel spoliationē diuinæ naturæ, vt Samosatenus, Photinus, & Adā pastoris impingāt: & rursus dum separationē & diuisionē euitare conant̃, in confusionē naturarū, siue vnus naturæ in alterā mutationem incurrant, quod inter cæteros Eutychemi & Mennonem accidit. Has errorū causas in diuersis & pugnantib⁹ Nestorij & Eutychemis opinionibus acutè Seuerinus Boëtius obseruauit. Personam (inquit) in Christo Nestorius duplicē esse cōstituit, hoc traductus errore, quod in omnib⁹ naturis putauerit dici posse

se

DVAB. IN CHRI. NAT. 3

se personā. Eutychemi cōtrā asserit ita assumptum hominē, vt humana natura nō manserit: cuius error ex eodē, quo Nestorij fonte, prolabit̃. Non enim putauit naturā duplicē esse sine duplicatione personæ, vt cū non cōfiteret̃ duplicem esse personā, arbitratus est cōsequens, vt vna videret̃ natura. Eadē ignorantia & presentibus erroribus causam dedit. Nā & Mennonem eadem quæ Eutychemi, ratiocinatio deceptit. Existimat em̃ nō posse duas naturas cōstitui, quin etiam duo filij, duoq; Christi constituent̃. Quod cū absurdū esse videat, eo inductus est, vt vnā tantum in Christo naturā agnoscat, ac diuinam naturam impatibilem & immortalē, in naturam carnis patibilis & mortalis transfuisse, confirmet. Quod cū Adā pastoris absurdum meritò videretur Deum, qui solus habet immortalitatem, mortem obijisse, nō putauit aliter euadi posse, quàm si dicatur in Deo vnicam esse personam, eamq; immortalem & impatibilem, quæ cū Christi persona mortali & patibili, non natura, sed singulari virtute & gratia coniuncta sit. Itaq; Christum substantia quidem hominem esse, diuino tamen verbo, spiritu & natura quodammodo præditū, vt in quo plenitudo di-

COMMENTA. DE

unitatis inhabitet. Itaq; mihi opere precii  
 facturus videbor, si breuiter, distinctè atq;  
 perspicuè quædam exposuero, quæ ad per-  
 niciosissimas istas, ac phdolor nonnullis in  
 locis nimii grassantes, & cõfirmatas de per-  
 sona Christi hærefes, vel refutadas, vel præ-  
 cauèdas pertineât, diffinitionib<sup>9</sup> aliquot, di-  
 stinctionibus & hypothesibus siue regulis  
 propositis, quib<sup>9</sup> cognitis & obseruatis, oës  
 difficultates & perplexitates, quæ hoïes etiã  
 non indoctos, in hoc argumento impedire  
 ac remorari solêt, faciliùs euitètur: tum etiã  
 vt ea, quæ ab illustrib<sup>9</sup> scriptorib<sup>9</sup>, cõtinuato  
 & rhetorico dicendi genere ornatius quidè  
 & splèdidiùs dicunt, sed ppter orationis or-  
 natum, ac tanq̃ vestitum & cultum minus  
 q̃busuis plana & cõspicua sunt, cõmodius  
 percipiant. Primũ igitur ab explicatione vo-  
 cis naturæ, exordiũ huius orationis nascit:  
 de qua longiorè disputationè instituere no-  
 lumus, sed ea tantũ dicere, quæ instituto  
 nostro magis conueniant. Notum itaq; est,  
 naturam à philosophis dici *αφ'χλω*, id est,  
 principiũ seu causam motus, eamq; in sub-  
 stantijs tantũ corporatis intelligi, eaq; no-  
 tione materiã & formã cõprehendi. Cũ  
 autè ex his duob<sup>9</sup> forma magis sit natura q̃  
 mate

DVAB. IN CHRI. NAT. 4

materia (propter formã em̃ res esse dicit) fit  
 vt naturæ vocabulo, forma seu species in vna  
 quaq; substantia potissimũ designet. Apud  
 Boëtiiũ lib. de duab<sup>9</sup> naturis, tres seu veriùs  
 quatuor huius nominis notiões explicant.  
 Auçtor em̃ est, aut in om̃ibus rebus spectari  
 naturã, cui<sup>9</sup> hæc sit definitio, Natura est earũ  
 rerũ, quæ cũ sint, quoquo modo intelle-  
 ctu capi possunt: aut de solis substantijs dici  
 naturam, definiriq; hoc modo, Natura est,  
 quod facere vel quod pati possit: facere  
 quidem ac pati, vt omnia corporea ac cor-  
 poreorum anima: facere verò tantũ vt De-  
 us: aut incorporeis substãtijs relictis, ad cor-  
 poreas tantũ substantias, naturæ nomen cõ-  
 trahi, vt sit natura, motus per se principi-  
 um. Nonnunquã verò naturæ nomine, re-  
 rum proprietatem declarari, quam hunc in  
 modũ diffinit, Natura est vnamquamq; rem  
 informã specificã differentia: ex qua defi-  
 nitione apparet, naturæ nomine formã sub-  
 stantialè ab eo intelligi, quæ materiam infor-  
 mem & cõfusam, ad certam speciẽ redigat,  
 quaq; ad materiam accedente, ab alijs spe-  
 cieb<sup>9</sup> decernatur. Cũ tot igit̃ sint notiões  
 naturæ, tertia & quarta philosophis potissi-  
 mũ est in vsu: nostro autè instituto secunda

COMMENTA. DE

potissimū notio cōuenit, qua natura in solā  
 substātijs, siue corporatis, siue corporis ex-  
 pertibus cernit. Falsō autē existimasse videt  
 Boëtius Catholicos & Nestoriū, cū duas in  
 Christo naturas cōstituunt, vltimā potissi-  
 mū definitionē spectasse, cū constet eccle-  
 siasticos scriptores in ea disputatione, quæ  
 vel de sacra triade, vel de Christi in carnati-  
 one habetur, nihil propemodū inter naturā  
 & substātiā discreuisse, atq; ideo hæc duo  
 noīa, substātia & natura, citra vllū omnino  
 discriminē vsurpasse. Cū em̄ dicitur Dei ver-  
 bum humanā naturā assumpsisse, naturæ hu-  
 manæ nominē, nō pprietas tantū aut forma  
 substāntialis, sed quiddā ex materia & intel-  
 ligente formā compositum atq; concretum  
 significatur. Neque verō in rebus tantum  
 corporatis, naturæ nomen intelligitur. Cū  
 enim asserimus Christum ex duabus con-  
 stare naturis, diuina & humana, certē di-  
 uīna natura corporata non est, sed omnis  
 materiæ & concretionis expers. Quam-  
 uis autem Augustinus quodam loco existi-  
 met essentiam, quā substātiā magis pro-  
 priē de Deo dici, quod substātiæ noīe quædā  
 accidentium sustentatio, quæ in Deo nulla  
 sunt, significari videat, illud tamē discrimen

ab

DVAB. IN CHRI. NAT.

ab ecclesiasticis scriptoribus & ab ipso quo-  
 que B. Augustino non obseruatur: quo fit vt  
 dixi, vt substātiæ & naturæ nomine ecclesia-  
 stici scriptores etiā in rebus diuinis indiffe-  
 renter vtantur. Certē Episcopi Germaniæ &  
 Galliæ, in libello ecclesiasticæ eruditōis ple-  
 nissimo, sed nondum euulgato, quem iussu  
 Caroli Franconofortum conuocati ad Eli-  
 phandum Toletanum Episcopum contēri-  
 pserunt, multa orthodoxorum patrum testi-  
 monia collegerunt, quibus substātiæ & na-  
 turæ nomen idem valere demonstrant: ex  
 quibus aliquot subijciemus. Augusti. in Io-  
 annem, Agnoscamus geminam substātiā  
 christi, diuinam scilicet, qua æqualis est pa-  
 tri, humanam qua maior est pater. Ambrosi.  
 in hymno de natali domini, Geminæ giga-  
 substātiæ. Leo de natiuitate domini, Tan-  
 to, inquit, fœdere vtramque naturam con-  
 seruit, vt nec inferiorem consumeret glori-  
 ficatio, nec superiorē minueret assumptio.  
 Salua igitur proprietate vtriusq; substātiæ  
 & in vnam coeunte personam &c. Isidorus  
 lib. Etymolog. Sic autem dei filio iuncta est  
 humana natura, vt ex duabus substātijs fie-  
 ret vna persona. Paschasius de Spiritu san-  
 cto, Itaque in Deo & homine gemina sub-

A 5      stantia,

Lib. 7. de tri-  
 nitate. cap. 4.

COMMENTA. DE

stantia, sed non gemina persona &c. Nec Latini modo verum etiam Græci inter *ὄν* & *οὐσία*, hoc est, naturam & substantiam discrimen nullum cōstituunt, id quod testatur Theodoretus epistola aduersus Sabellium, Natura, inquit, & substantia in nullo significatorum differunt, nisi in nomine. Natura enim substantia est, & Damascenus in primis institutionibus, *οὐσία*, inquit, (id est, est essentia siue substantia) natura, genus forma, vt sanctis patribus placet idem valent. Apud apostolum vero hoc sane intellectu non *οὐσίας* aut *φύσεως*, id est, substantiæ vel naturæ, sed magis *μορφῆς* hoc est formæ seu speciei nomen adhibetur, vt cum ait Christum cum esset in forma Dei, formam serui suscepisse, quo loco formæ nomine naturam intelligi debere, clarissimi tum Græci tum latini scriptores affirmant, in quibus, vt vnus instar multorum sit, Ambrosius. Quid est, inquit, in forma Dei nisi in plenitudine deitatis in illa perfectionis diuinæ expressione: & post, Iterum ergo, inquit, interrogo, Quid est in forma Dei, respondet, In natura Dei. Sunt enim, (ait apostolus) qui non sunt natura dii. Quæro quid sit formam serui accipiens,

lib. 7. Epi.

DVAB. IN CHRI. NAT. 6

piens, sine dubio perfectionem naturæ & conditionis, vt dixi, humanæ. Non tamen illud prætermittendum est, Apostolico & vetustissimorum patrum vsu naturam ita intelligi, vt quamuis in substantia hæreat, ab eius tamen propria notione separetur, vt sit natura vis quædam siue *δύναμις*, propensio, facultas, conditio, in tota substantia penitus insita & firmiter inhærens, ita tamen vt manente substantia diuelli & mutari posse intelligatur, quomodo dictum est ab apostolo, Erasmus natura filij iræ: quo loco non substantia significatur, qua conditi sumus (pertineret enim hoc ad cōditoris in simulationem) sed proprietas quædam & cōditio toti hominis substātię siue naturę post Adæ lapsum indita & inflictę. Hoc modo à theologis triplex asseritur natura, instituta, destituta, & restituta. Tertullianus quoque hoc, id est, apostolico sensu, naturam intelligit, cum eam aperte à materia & substantia seiungit, defendimus, inquit, non carnē peccati euacuatam esse in christo, sed peccatum carnis, non materiā sed naturā, nec substantiam sed culpam. Quin & naturæ noiē nō raro ingenium & indoles atq; cōditio nō toti substantiæ siue speciei, sed vel nationi vel

Tert. de carne Christi.

COMMENTA. DE

vel ciuitati vel etiam singulis hominibus in-  
 sita & ingenerata significatur, vnde varietas  
 morum existit, qua ratione Pœni natura per  
 fidi, Cretenses mendaces, Campani super-  
 bi esse dicuntur. Huc pertinere potest illud  
 Pauli, Nos natura Iudei. Hæc item ratione Ci-  
 cero duplicem naturam constituit, vniuer-  
 sam & propriam. Sic inquit faciendum est  
 vt contra naturam vniuersam nihil contem-  
 damus, ea tamen conseruata, propriam na-  
 turam sequamur. Ita interpretatur illud, ni-  
 hil decet inuita minerua, id est, aduersante  
 & reluctante natura. Hæc quidem de naturæ  
 vocabulo admonuisse sufficiat, cū huic no-  
 stro instituto ea tātummodo notio naturæ,  
 quam supra descripsimus seruiat, videlicet  
 ea qua naturæ nomine substantia siue cor-  
 porata, siue corporis expers significatur.

Martianus autem Augustus & Pulcheria Au-  
 gusta in epistolis, quas ad monachos Pala-  
 stinæ propter duarum naturarum in Chalce-  
 donensi synodo assertionem tumultuantes,  
 vt qui existimarent duabus naturis asseren-  
 dis, duos quoque filios asseri, satis illorum  
 ruditati esse putauerunt, si naturæ nomine  
 veritatem intelligi significetur. Ita enim in  
 Martiani epistola legitur, Proinde duas na-

turas

*Hæc epistola  
 cū multis alijs  
 eodem perti-  
 nentib. typis  
 nondum ex-  
 presse sunt.*

DVAB. IN CHRI. NAT. 7

turas audientes, perturbatas vestras animas  
 fuisse docuistis, veluti quadam nouitate au-  
 ribus vestris illata. Quapropter scitote quia  
 vobis quidem harum rerum examinatiōem  
 facere non congruit, dum subtilitatem hu-  
 ius rei intelligere nequitis. Nos autem pa-  
 trum suscipientes doctrinas, naturam intel-  
 ligimus veritatē. Hoc enim quod sapimus  
 simul & dicimus, quia dominus noster Ie-  
 sus Christus Deus verè & homo verè est idē,  
 sicut & sanctissimus apostolus Paulus veram  
 naturam intelligens, in epistola ad Galatas  
 clarè docet ita dicens, Sed tunc quidem ne-  
 scientes serui estis eis, qui natura non sunt  
 dij, hoc est ignorātes verè Deum eis, qui ve-  
 rè non sunt dij. Ex his palam significās quia  
 natura veritas est. Cui consentanea in episto-  
 la Aeliæ Pulcheriæ Augu. ad eosdem mona-  
 chos repetuntur. Nunc ad personæ explica-  
 tiōem transeamus. Personæ itaq; vocabulo  
 intelligimus eam, quā Græci hypostasim vo-  
 cant. Verum ne hic imperitus lector fallat-  
 ur, obseruandum est, duas esse Græcis voces,  
 ὁμοία & ἕνωσασίς, quæ vbi nō recte discernun-  
 tur, non modo Latinis sed Græcis quoq; ho-  
 minibus erroris & contentionis materiam  
 subministrant. In harum quoq; interpreta-  
 tione



COMMENTA. DE

tione latina periculum accidere potest. Ruffinus *ὁμοίαν* substantiam, *ὑπόστασιν* subsistentiam vertit. Boëtius vero lib. de duabus in Christo naturis prorsus contra, Quod Græci, inquit, *ὁμοίαν* vel *ὁμοιοῦσιν* id nos subsistentiā vel subsistere appellamus: quod vero illi *ὑπόστασιν* vel *ὑπόστασιν*, id nos substantiam vel substare interpretamur. Quidam nostra ætate vir vtriusq; linguæ peritissimus *ὁμοίαν* essentiam, *ὑπόστασιν* substantiam conuertit, cum Boëtio fere conueniens, nisi quod subsistentiæ vocabulum vt ineptius aspernetur. Ita fit vt iuxta Boëtium in sacra Triade tres sint substantiæ & vna subsistentia. In Christo vero duæ subsistentiæ & vna substantia. Iuxta Ruffinum vero, quem Theologorum maior pars sequitur, in eadem triade tres sint subsistentiæ, substantia verò vna. In Christo vero duæ substantiæ, at vna subsistentia, quæ varietas faciliè imperitiorem lectorem turbare posset. Quare ad has ambiguitates vitandas consultissimum mihi videretur si ipsas græcas voces, quod etiam in plerisque alijs facimus, latina forma vsurpemus, vt vsiam & hypostasim dicamus. Cogimur tamen hac in re consuetudini cedere, & *ὁμοίαν* fere substantiam vel essen-

DVAB. IN CHRI. NAT. 8

essentiam, *ὑπόστασιν* vero aut ipsa græca voce hypostasim, aut latina personam appellare. Certe Tertullianus latinus & vetustissimus scriptor hoc modo substantiam & personam distinguit contra Praxeam, Alium, inquit, quomodo accipere debeas iam professus sum personæ non substantiæ nomine, ad distinctionem non ad diuisionem. De his itaque vocibus earumq; discrimine magna olim in ecclesia certamina extiterunt: quo fit vt B. Hieronymus venenum in ijs late dixerit, & propter eorum nominum accipitem & ambiguum sensum quosdam in hæresim incidisse. Acacius quoq; Beroensis epistola ad Cyrillum auctor est, Paulinum quendam episcopū idē cum orthodoxis sententiæ ac docentiē, tres tñ hypostasies dicere detrectasse. Quas aut contentiones horū nominū ambiguitas & obscuritas peperit, quid quæ de ijs olim à sanctis patribus constitutū sit, præter sochatē & Sozomenū, ruffin⁹ in historia sua ecclesiastica dilucide fati exponit, de differentiā inq; substantiarū & subsistentiarū sermo eis p scripturā motus est ( de patribus seu confessoribus loquit, q̄ initio imperij Iuliani pauci, vt, inq; nūero sed fidei integritate, & meritis multi coacti fuerunt ) Græci

*ὁμοίαν*

COMMENTA. DE

*ὁμοίας* et *ὑποστάσις* vocant. Quidam etenim dicebant substantiam & subsistētiam vnum videri: & quia tres substātiās non dicimus in Deo, nec tres subsistētias dicere debeamus: alij vero, quibus longe aliud substantia quā subsistentia significare videbatur, dicebant, quia substantia ipsa rei alicuius naturam, rationemque qua constat designet: subsistentia autem vnus cuiusque personæ hoc ipsum quod extat & subsistit, ostendat: ideoque propter Sabellij hæresin tres esse subsistentias confitendas, quod quasi tres subsistentes personas significare videretur, ne suspicionem daremus tanquam illius fidei sectatores, quæ trinitatem in nominibus tantum & non in rebus ac subsistentijs confiteatur. Hactenus Rufinus. Harum contentionum gratia factum est, vt has voces tāquam dissidiorum & cōtentionum materiam supeditantes, in rebus diuinis non esse vsurpandas nonnulli existimauerint. Verum hæreticorum improbitas eō sanctos viros impulit, vt ad rerum diuinarum explicationem necessario eas adhibendas esse duxerint, quarū sane discrimen si commode explicetur, neque prorsus obseruatu difficile est, & ad multas perplexitates euadendas ingentem vtilitatem

DVAB. IN CHRI. NAT. 9

tatem adfert: imo absq; eius discriminis obseruatione multæ & grauissimæ controuersię explicari nullo modo possunt, eoque discrimine neglecto absurdissimi & teterrimi errores admittuntur. Extat ea de re erudita epistola Basilij magni ad Gregorium fratrem. Est autem explicationis eius de his vocibus hæc breuiter & dilucidè, comprehensa sententia, *ὁμοίᾳ* siue substātiām esse, in quam plures res distinctæ & singulares conueniant, quæq; pluribus & inter se differentibus rebus communis sit, propter quam conuenientiam siue communitatem *ὁμοούσιον*, hoc est, coessentialis siue consubstantiales appellētur, vt Paulus, Syluanus, Timotheus, inter se illi quidem proprietatibus differūt, sed vsia siue essentia omnes conueniunt: eadem enim est eorum essentia siue vsia. Hypostasis vero dicitur, quando res aliqua certa & definita, id est, remota illa communitate certis proprietatibus comprehensa & definita intelligitur, vt Paulus, Timotheus, Syluanus, quamuis essentia conueniant, hypostasis tamen non vna est omnibus, sed singulis propria: vt hypostasis fere non alia sit quam quæ à dialecticis substantia prima vocatur. Vsa vero & natura eadem illa erit, quā

COMMENTA. DE

dialectici secundam substantiam vocat, nisi quod naturæ nomen infimæ speciei maxime quadrare videatur: ita sanè Damascenus lib. de duabus Christi voluntatibus, Natura inquit, ut placet sanctis patribus commune quiddam est, & infinitum & quasi species in sima ut homo, bestia, animal volucre, equus, bos, canis. Hypostasis autem est quiddam singulare, quod per se coheret &c. Verum eadem notio alibi ab eodè vsu attribuitur, *ἡ μὲν οὐσία*, inquit, τὸ πᾶσι κληκὸν εἶδος τῶν ὁμοφθῶν ὑποστάσεων σημαίνῃ, hoc est, vsu speciem hypostases eiusdem speciei complectentem declarat. Huic congruunt definitiones hæ, quæ apud Suidam extant, *οὐσία ἐστὶν ὄνομα κοινὸν* ὁ ἀόριστος, καὶ τὰ πασῶν τῶν ὑπ' αὐτὴν ὑποστάσεων ὁμοτίμως φερόμενον ὁ σωανύμως κατηγορούμενον. ἢ καὶ ὑποκείμενον ὑποστάσεων λεγομένη καὶ ὡς πᾶσι αὐταῖς ὁμοτίμως θεωρούμενη, id est, Essentia siue substantia est nomen cõmune & indefinitum, quod eadem ratione ad oēs sibi subiectas hypostases refertur, & synonyme. i. vniuoce de ijs pronuntiatur. Item vsu est quæ de subiectis hypostasibus dicitur, & in ijs omnibus eadem ratione spectatur. Constat igitur de his naturæ & substantiæ nomi-

Lib. 3. ortho-  
doxe fidei.  
ca. 4.

DVAB. IN CHRI. NAT. IO

nomine genera & species intelligi, quatenus ad indiuidua quæ notione sua continent, referuntur. Hypostases vero dici substantias singulares & indiuiduas certis proprietatibus insignitas, maxime perfectas & per se consistentes, neq; partis aut integralis ut vocant, aut substantialis rationem obtinentes. Quamuis hæc cum ad diuinitatè trãferuntur minus commodè dici videatur, cum B. Augustino auctore in deo essentia non ut species, neq; psonæ ut indiuidua dicant, ne maius & minus in diuinitate cogitent. cū igitur in reb' diuinis essentia p speciè, & psona siue hypostasis per indiuidua exprimit, id p quandã enūciatiõis similitudinè fieri dicendum est, qd essentia de oibus simul personis & separatim de singulis ut de indiuiduis species enunciet, & quò vnũ indiuiduũ de altero nõ dicit, ita neq; vna persona de altera dicit. In hoc tñ discrimè è qd indiuiduis multiplicatis species quoq; multitudinis nũero efferi necesse è. Nã Pet. Pau. Timot. tres hoies sunt, nõ ita patrè, & filiũ & spir. san. tres deos appellare licebit, propter summã illius essentię simplicitatè. nõ em sequit, pater deus est, filius deus est, Siphritus sanctus deus est, igit tres sunt dij, sed ita colligèdũ est, igitur

Lib. 7. de trĩ  
nit. cap. 6.

B a Pater,

## COMMENTA. DE

Pater, filius, & spiritus sanctus tres sunt, quorum quisque Deus est. Nam in Deo repetitio nominis non in ea natura, quæ numeratur, sed in ipso tantum numero numeri pluralitatem inducit, id est, Dei nomen ter repetitum ternionem efficit non aut tres Deos. Græci itaque de omni huiusmodi indiuidua substantia hypostasim dicunt, vt ex Damasceno manifestum est, qui equis, bubus & oleis hypostasim tribuit, quod idem Suidas confirmat: falsus itaque est Boëtius cum ait quod Græcus hypostasim de irrationabilibus animalibus non dicat, ea causa quod hoc nomen meliori sit applicatum. Theologi vero qui scholastici vocantur, huiusmodi omni indiuiduæ substantiæ, quæ Græcis *ὑποστάσεις* nomine designatur, suppositum nomen accommodarunt: quæ si in natura intelligente cernatur hypostasis siue persona dicitur. Quare non obscura nunc erit Boëtij vulgo trita definitio, Persona est naturæ rationalis indiuidua substantia: cui affinis est ea, quæ apud Petrum Lombardum Sententiarum magistrum vulgo dictum legitur, Persona est substantia rationalis indiuiduæ naturæ, quamuis hic quidam commode moneant substantiam siue naturam indiuiduam intelligi hic debere, non eam quæ

lingu-

## DVAB. IN CHRI. NAT. II

singularis modo sit, sed etiam incommunicabilis. Aptiorem itaque esse eam quæ à Richardo de S. Victore producit, Persona, inquit, est intellectualis naturæ incommunicabilis. substantia. Incommunicabile autem intelligitur vt supra admonuimus, quod per se consistat, nec aliunde dependeat: quo fit vt quem admodum anima dum corpore continetur, persona non est, ita etiam humana in Christo natura indiuidua quamuis sit & singularis substantia, persona tamen non sit appellanda. Quamuis enim persona in solis substantiis indiuiduis intelligatur, continet tamen adhuc in se quandam coherentiam per se & incommunicabilitatis notationem. Hoc modo non obscure nobis patet, quomodo in vna substantia & vsia diuinitatis, tres hypostases seu personæ intelligantur. Item quomodo in vna Christi persona duæ vsiæ & naturæ agnoscantur. Hæc tamen distinctio *οὐσίας* & *ὑποστάσεων* magis ex vsu & voluntate loquentium quàm ex vocis proprietate ducta est. Testatur enim socrates veteribus philosophis *ὑποστάσεις* nomen hoc quidem intellectu ignotum fuisse: à recentioribus vero pro vsia indifferenter vsurpatum. Sed vt diximus, patres ad hanc distinctionem, hereticorum importunitate

COMMENTA. DE

imprimis quidē Sabellianorum coacti fuerunt, vt quæ in rebus est differentia, nominibus quàm fieri potuit aptissimis exprimeretur, quod etiam Latinis in vocabulo personæ vſu venisse alicubi Augustinus testatur. Nam personæ nomen non vno intellectu cum ab ecclesiasticis tum à prophanis scriptoribus vsurpatur: proxima tamen huic notiōi ea significatio est, qua personæ nomine diui aut homines absolutè designantur: vt cum rhetores personas à rebus & negotijs distinguunt: & cum tradunt demonstratiuum genus positum esse in laude certè alicuius personæ: item cum Cicero inquit, alia esse personis, alia negotijs attributa. Proximè autem persona qualitatem seu conditionem significat, quæ in vnoquoq; hominè spectatur, vel à natura homini attributa, vel casu imposita, vel consilio suscepta. Deinde persona in ijs potissimum, quæ extrinsecus singulis hominibus sunt attributa consideratur, cuiusmodi sunt natio, patria, genus, parentes, fortuna &c. ex quo fit vt persona alia splendida, alia obscura dicatur, qua ratione in Euangelio scriptum legitur, Deum non respicere neq; accipere personam hominis, id est, extrinsecus hominid

iaccen-

Lib. 5. vetri.

ca. 9.

de Inuent.

Matth. 22.

Lxx. 20.

DVAB. IN CHRL NAT. 12

iacentem conditionē, quæ ad causſam nihil pertineat. Videtur autem prima huius vocabuli notio esse ea, qua vultus operimentum significat ad hominis speciem assimilatum, quod & ipsum nominis etymon (à perfonando enim persona dicta traditur) declarat. Quo fit vt personæ nomine nō raro speciem, similitudinē, locum, vicem & munus intelligamus, vt cum Cicero inquit, tueri personam principis magnum est in repub. ita etiam passim Latini scriptores loquuntur, vt dicant ferre, suscipere, abijcere alicuius personam. item alicui personam aliquā imponere. Hac ratione dicitur, Christum personam scelerati aut deplorati hominis suscepisse. & Paulus inquit, se in personam Christi condonasse. De his igitur nominibus natura, substantia & persona hucusque hæc dicta sint. At quia in vnaquaque natura & in singulis personis idiomatica hinc proprietates quædam cernuntur, atque naturarum & personarum diuersitas ex idiomaticum & proprietatum diuersitate spectatur, quæ notio huic voci subiecta fit inspiciamus. Ioannes itaque Damascenus qui hinc de rebus eruditissimè & subtilissimè ex veterum auctorum sententia disseruit,

B. 4 in

COMMENTA. DE

in primis suis institutionibus hunc in modum scriptum reliquit, *Essentia*, inquit, *natura*, *genus*, *forma*, vt sanctis patribus placet, idem valent. rursus *hypostasis* & *περὸς ἄλλο*, *figura*, *proprium* & *indiuuiduum* idem efficiunt: rursus *differentia*, *qualitas*, *ιδιότης*, id est, *proprietas*, & *idioma* vnum idemque declarant. De *differentia* verò siue *qualitate* & *propriestate* in hanc ferè sententiam scripsit, *Multæ*, inquit, sunt *species*, *variæ*que ac *diuersæ nature*, item in *vna*quaque *essentia* atque *natura* *diuersæ* sunt *hypostases*: item *vna*queque *essentia* ab *alia* differt, & *vna*quæque *hypostasis* ab *alia* *hypostasi*: at illud quidem quo *natura* à *natura*, & *hypostasis* ab *hypostasi* *alia* ab *alia* differt, tum *differentia*, tum *qualitas*, tum *proprietas* dicitur: id autem quo *species* à *specie* differt, & *essentia* ab *essentia* appellatur *essentialis*, *naturalis* & *speciei* effectrix *differentia* seu *qualitas*. Item *proprietas naturalis*, vt *angelus* & *homo* inter se *mortalitate* & *immortalitate* differunt, eamque ob *causam immortalitatis*, *naturalis*, effectrixque est *angeli* *differentia* & *proprietas*. Qua autem re *hypostasis* ab *eiisdem* *speciei* atque *natura*

ræ

DVAB. IN CHRI. NAT. 13

ræ *hypostasi* differt, ea *omnis* & *ἐποικισιδης*, id est, *aduentitia* *differentia* & *qualitas*, & *proprietas* *hypostatica*, & *proprietas* *characteristica*, id est, *insignita* dicitur, id est, *accidens*, vt inter vnum atque alterum hominem hoc interest, quod hic longus, ille brevis: hic albus, ille ater sit. Hæc ferè *Damasenus*. Atque hæc quidem *proprietas* siue *accidentia*, quamuis *singulæ*, nonnunquam etiam *binæ* vel *ternæ*, vel *plures* in *diuersis* *hypostasis* reperiantur, nunquam tamen *vniversæ*, quæ *vni* *hypostasi* *insunt*, alteri quoque *hypostasi* *inerunt*: quo fit, vt *indiuuiduum* dicatur *constare* ex *proprietatibus*, quæ *simul* *vniversæ* *nunquam* in *alio* eadè *comperiuntur*. Ad *harum* *proprietas* *ordinem* *pertinent*, quæ *rhetores* *attributa* *personarum* appellat, vt *nomen*, *genus*, *patria*, *professio*, *fortuna*, & *reliqua*, quorū *plura* nonnunquam in *eandem* *personam* *cadere* *possunt*, *vniversa* non *possunt*. His quàm fieri potuit *breuissimè* & *dilucidissimè* *explicitis*, restat vt *hypotheses* siue *regulas* *quasdam* *ascribamus*, quibus hoc *totum* *incarnationis* *Christi* *mysterium* *magis* *elucescat*, & *omnis* *erroris*, quoad *eius* *fieri* *potest*, *ocasio* *præscindatur*.

B 5

Vna

## COMMENTA. DE

Vna natura pluribus personis communis esse potest, vt natura diuina patri, filio, & Spiritui sancto; natura humana paulo, timotheo, Syluano.

Vna natura in vna persona consistere potest, vt natura humana in Adamo simul, vt conditus erat.

Obseruandum autē est in homine duobus modis spectari naturā: vnō modo cū cōpositionis habita ratiōe, anima & corpus inter se cōferuntur, quomodo duas esse dicimus in singulis hominibus naturas: altero modo, cū singuli homines cum reliquis eiusdem generis hypostasibus comparantur, & ad cōmunem aliquam speciē, in cuius rationē definitionēq; cōueniunt, referunt: atq; hoc pacto vnā eandēq; in singulis hoibus dicimus esse naturā, cū oēs ex aīa intelligēte cōstent & corpore, quę propriē est ratio humanę nature; atq; hoc modo ex duabus naturis fit vna natura, qua sanē ratione in Christo natura nō dicitur, cū nulla alia hypostasis sit, cum qua ad cōmunem speciem referri possit.

Vna persona in vna natura cōstare potest, vt persona patris: item persona filij, & persona Spiritus sancti, singulæ in vna simplicissimaq; diuina natura constant.

Plu-

## DVAB. IN CHRI. NAT. 14

Plures naturæ in vna persona cohærere possunt, & vna persona ex pluribus constare naturis, vt natura animæ & corporis in paulo: natura diuina & humana in Christo. Item Paulus in natura spiritali corporeaq; consistit: eodem modo Christus in duabus naturis, diuina & humana.

Duæ naturæ coniungi possunt siue vniri, vt tamen non confundantur, neque altera in alteram commutetur, sed vtriusque proprietas & actio retineatur, cuius rei exemplum est in singulis hominibus, in quibus duæ naturæ seu substantiæ spiritalis & corporea, vnā hominis personam efficiunt.

Duæ naturæ in vna persona distingui possunt, vt tamen non diuidantur & separentur, neq; ex ijs duæ redigantur personæ, sed in vnā personam cōeant, ex duabus naturis integris & inconfusis constantem. Id apparet in vnoquoque homine, in quo duæ naturæ planissimè distinguuntur, vt tamen non duos homines, nec duas personas, nec duos Paulos aut Timotheos esse dicamus, sed vnum hominem ex duplici natura spiritali corporeaque constantem. Hic impingit Menno, qui

## COMMENTA. DE

qui existimat consequens esse, vt si duæ in Christo statuatur naturæ, duas item personas & duos Christos constitui, & Christum diuidi atque diuelli.

Cùm hæc substantia dicitur fieri illa, id dupliciter intelligi potest, priore modo per mutationem, conuersionem seu transitionem vnius naturæ in alteram, sic vt altera substantia in alterius locum succedat, quo modo fit in Phisicis, & supra naturam mutationibus, vt cum aqua fit aer: item aqua vinum esse factum, in euangelica historia legitur.

Altero modo per assumptionem siue accessionem alterius substantiæ siue naturæ, ita vt ex vtraq; integra & immutata, vnum subiectum existat, quæ hypostasis dicitur: ita quodam modo ferrum in ignem coniectum, fit ignis seu igneum: non enim ita in ignem conuertitur, vt ferrum esse desinat, sed vtranque naturam & proprietatem ferri ignisque conseruat. Simili quodam modo dicitur homo factus in animam viuentem, seu anima viuens, quòd animam viuentem assumpserit diuinitus sibi additam, & in vnam hypostasin conflatam. Hoc plane modo verbum caro factum ab euangelista dici-

## DVAB. IN CHRÌ. NAT. 15

dicitur, quòd carnem seu humanam naturam suscepit, non quòd in carnem conuersum sit, vt olim Eutyches, & hodie Menno somniat. Est enim hæc notio voci Græcæ subiecta, vt hoc quoq; dicatur *γίνασκω*, cui aliqd accedit, quod ante non aderat, quo modo à Paulo dictum est, Christum pro nobis factum esse maledictum, non quòd ipse in maledictum conuersus sit, aut eius substantia, maledicti substantia facta sit, sed quod pro nobis maledictum nostrum suscepit, vt nos à maledicto assereret. Eodem modo dicitur Christus factus peccatum, non quòd peccati natura & operatio effectus sit, sed quod noxam & reatum peccati pro nobis in se receperit, vt nostrum peccatum carne crucifigeret. Hæc quidè ad explicationem vocis *γίνασκω* appositè, vtcunq; dicuntur, sed ad susceptionis siue assumptionis modum explanandum non sufficiunt, cùm longè aliter verbum caro factum, & Christus maledictum aut peccatum factus esse intelligi debeat: vt expositum est à Cyrillo in apologetico anathematismi primi, Absurdum (inquit) erit dicere sic factam esse carnem verbum, vt factum esse dicitur maledictum & peccatum. Non enim ipsummet maledictum vel

*Athanas. in oratione maiore de fide.*

*Athanas. in epistola ad Epictetum.*

*Grego. Nazian. aduersus Apollinarem.*

*Ambro. lib. de fide.*

pec



COMMENTA. DE

peccatum factus est, sed cum iniquis reputatus est iustus existens, vt aboleat peccatum. Igitur non est factus secundum veritatem, maledictum & peccatum, appellatus autem illorum nominibus, vt aboleat maledictum & peccatum. Igitur si sic factus esset caro, aboleuisset vtique carnem, sicut & maledictum & peccatum, & neque factus esset homo, neque incarnatus esset secundum veritatem. Hæc videlicet Cyrillum impulerunt, vt ab hac interpretatione verbum caro factus est, id est, assumpsit carnem, abhorruerit, quam tamen reliqui orthodoxi & ecclesiastici scriptores constanter vtuntur. Intelligunt autem assumptionem fieri, non quæ in nominis tantum attributione, sed in hypostatica vnione consistat. Tertullianus sanè etiam hic conuertendi verbo vsus est. Nam libro de carne Christi aduersus Martionem, illud de Deo affirmat, quod & in omnia conuerti possit, & quod est perseuerare. Exempla adducit de Angelis. Item de columba, quæ descendit super Dominum. Qui spiritus (inquit) cum hoc esset, tam verè erat columba, quam & spiritus: nec interfecerat substantiam propriam, assumpta substantia extranea. Hæc quidè ille. Sed ne Eutychniani

erro-

DVAB. IN CHRI. NAT. 16

erroris aliqua species prebeat, minimè hinc cõuersionis sed assumptionis nomè adhibet.

Hinc quadruplices enunciationes de Christi incarnatione existere possunt.

Persona personam assumpsit. Ea falsa est, Constituit enim in Christo duas personas. Cur autem natura humana à verbo assumpta persona dici non debeat, duplex ratio adfertur. Prior, vt significemus quod totam nostram naturam acceperit. Quod si naturam illam assumptam, hypostasim siue personam appellemus, videbimur dicere vnum aliquem tantummodò & certum hominem à Christo assumptum & conseruatum. Altera & quidem verior, quod natura illa, quam verbum assumpsit, quamuis singularis & indiuidua fuerit, ideo tamen nunquã persona appellari potuit, quod ad rationem personæ pertinet, non aliunde pèdere, nec ab alio sustineri. Hęc autè natura humana, id est, hęc anima & hęc caro, quã verbum assumpsit, ante & extra hanc assumptionem nõ extitit, nec potest à verbi persona separari. Nunquam igitur ex ea carne & anima vlla fuit composita persona, sed vt rectè à Sententiarum magistro dictum est, eam animã eamq; carnẽ accipiendo vniuit,

&

## COMMENTA. DE

& vniendo accepit. Quare sacrosanctā hanc animam & carnem, siue humanam Christi naturam, significanter Græci ἐν πρὸς ἄλλω appellunt, non hypostasim, quod est (si dicere liceat) im personatam, non personam. Erat autem hic error Nestorij, quod existimaue rit diuina virtute personam quandam hominis in vtero virginis cōformatam fuisse, cui personæ persona verbi postea se copulauerit, camq; sibi tanquam indumentū aut instrumentum ascuerit. Itaque duæ personæ, honoris & dignitatis societate coniunctæ, in Christo permanserunt. Neque verò intelligendum est personam hominis antè extitisse, quàm verbo vnita fuerit, ita vt accedens verbum, eam personam sibi adiungendo consumpserit, & personæ proprietate & appellatiōe priuarit. Nam (vt diximus) caro siue humanitas Christi extra verbum nunquam constitit, cūm verbum dicatur factum caro, non caro antè facta, & postea à verbo suscepta. Quòd autem Paschasius diaconus, libro de Spiritu sancto inquit: Itaq; in deo & homine gemina substantia, sed nō gemina persona, quia persona personam consumere potest, substantia verò substantiam non potest, si quidem persona res iuris est,

## DVAB. IN CHRI. NAT. 17

est, substantia res naturæ, hic sanæ personæ nomine apparet illum excellentiam dignitatis intelligi voluisse. Quòd autem ita loqui videtur, quod quasi in Christi incarnatione persona personam consumpserit, nō ita accipiendum est, quòd persona verbi, hominis personam antè per se consistentem, postea assumendo consumpserit, eiq; personæ dignitatē ademerit, sed quòd eam, quæ nisi assumpta fuisset, persona futura erat assumendo & sustentando, sibiq; vniendo, ne vnquā persona dici possit, effecerit. Quod autè apud ecclesiasticos scriptores passim legitur, Verbum assumpsisse hominē, siue hominem à filio Dei assumptum, necessum erit vt hominis nomine naturam, non personam intelligas:

Natura assumpsit personam. Quæ cur minus recipi debeat, satis iam explicatum est. Constat enim satis in humanam naturam assumptam, personæ nomen non quadrare.

Natura assumpsit naturā. Hanc ideo quidam absolute non esse recipendam existimant, quod humana natura non ab vniuersa diuina natura, sed à verbi tantummodo persona dependeat: alioqui inquit homo esset, & pater & spiritus sanctus. Rectè tamē

## COMMENTA. DE

dici tradunt, naturam diuinam humanæ naturæ vnitam. Verùm cur minus recipi debeat, non video, cùm satis constet in hac locutione naturam non absolutè considerari, vt est cõmunis tribus personis, sed vt in filij persona spectat. Certè in persona Christi, natura diuina necessariò intelligit: quomodo verò duæ naturæ in Christo coijſſe, seu vnitæ esse, aliter intelligi possunt, quã quod hæc illam assumpserit. Augustinus sanè apostolum imitatus asserit, formam Dei accepisse formam serui. Formæ autem nomine naturam significari compertissimum est. Hieronymus item: Passus est (inquit) filius Dei non secundum illam substantiam, quæ assumpsit, sed secundum illam quæ assumpta est. Igitur ex Hieronymi sententia, substantia diuina, id est, natura, substantiam humanam, id est, naturam assumpsit.

Persona assumpsit naturam. Hoc verè & propriè dicitur. Persona enim verbi, quod erat ab initio in virginis vtero humanam naturam ex virginis substantia suscepit: ita vt ex persona verbi diuinæ naturæ assumente & humana natura assumpta vna hypostasis seu persona effecta sit. Illud autem est animaduertendum, quod auctore Ioanne

Da

## DVAB. IN CHRI. NAT. 18

Damasceno, tribus natura modis intelligatur. Aut enim natura nuda cogitatione (*επινοία*) comprehenditur. Nam secundum se ipsa non consistit. Aut pariter in omnibus eiusdem speciei hypostasibus cernitur, & dicitur in specie considerata natura. Aut in assumptione accidentium in vnaquaq; hypostasi spectatur, eoq; modo in indiuiduo considerata natura dicitur. Cùm igitur ita loquimur, vt dicamus personam verbi humanam naturam assumpsisse, debemus intelligere naturam, non vt nuda cogitatione comprehensam: nõ enim hæc assumptio siue incarnatio fuisset, sed deceptio atque figmentum. Neque verò vt in specie totam consideratam: alioqui enim omnes illud hypostases assumpsisse significaretur. Sed vt in indiuiduo spectatur, quæ eadem est cum ea, quæ in tota specie consideratur. Hinc fit, vt hoc modo, aliqui naturam singularem appellerent, quod in singulis personis spectetur. Eadem tamen vniuersa rectè dicitur cum substantia atque natura, extra hypostases nõ consistat, & in singulis hypostasibus eiusdem speciei tota atque vniuersa substantia siue natura cernatur. Cùm autem dicimus in vnaquaque hypostasi totam esse

C 2

sub-

COMMENTA. DE

substantiam atque naturam id significare volumus totam completamq; rationem ac definitionem illius naturæ unicuique hypostasi conuenire, ideo cum à Christo totam atq; vniuersam humanam naturam assumptam asserimus, idem valet ac si dicamus id à Christo assumptum esse, cui plena perfecta; humanæ naturæ siue speciei hominis notio & definitio conueniat, quæ est animal rationis particeps, seu potius compositum quiddam atq; concretum ex corpore & anima intelligente. Quamuis autem ea substantia humana, quam Christus assumpsit quodam modo singularis fuerit & indiuidua (erat enim certis proprietatibus & accidentibus insignita, quibus ab alijs eiusdem substantiæ atque naturæ indiuiduis secernebatur) persona tamen siue hypostasis minimè fuit, cum ipsa in se & per se separatim nunquam constiterit, sed à verbi persona assumpta, ac propria facta verbi, ab ea verbi persona semper iam inde à sua origine dependerit, & ab ea suffulta fuerit & sustentata. Porro verbi persona humanam naturam seu carnem assumptisse dicitur, non quòd antè factam & in utero virginis conformatam, postea accedens Dei verbum, eam sibi copulauerit,

DVAB. IN CHRI. NAT. 19

rit, & in communionem dignitatis & auctoritatis sibi adoptarit, & tanquam organum aliquod externum, aut vestimentum, aut domicilium ascuerit, sed quia (vti iam diximus) eam sibi naturam in vnitatem hypostasis adiunxerit, propriamque sibi fecerit, eamq; sibi innitentem & à se pendente fulciat atq; sustentet. Atque in hanc sententiam intelligendum est, quod in epistola ad Hebræos legitur, Nō angelos assumit siue apprehendit, sed semen Abrahamæ assumit, id est, non angelicam naturam in vnione hypostasis sibi cōiunxit, sed humanam è semine Abraham propagatam. Imprudenter autem fecit, qui vocem ἐπιλαμβάνεται pro ἀνλαμβάνεται interpretatus est, id est, opitulatur, vnde & errorem suum Menno confirmauit. Nam & alibi simplex verbum ἔλαβεν, ea notione, qua hic compositum verbum ἐπιλαμβάνεται intelligendum est, cum inquit Paulus, Formam serui accepit, id est, seruilem hominis naturam induit & assumpsit. Sed & ipsa orationis forma satis euincit, hac voce carnis & sanguinis, ex Abrahamæ genere assumptionem significari. Est enim pulcherrima expolitio rhetorica, in qua re semel dicta, iterum alijs

## COMMENTA. DE

verbis, quæ idem valeant, res eadem profer-  
tur. Nam quod suprà dixerat, Posteaquam  
pueri cõmunicant de carne & sanguine, &  
ipse similiter eadẽ participauit, hoc verbis  
cõmutatis repetit, adiecta tantum amplifi-  
catione à remotione contrarij, Non ange-  
los (inquit) assumpsit, id est, angelicam na-  
turam participauit, sed semen Abrahæ as-  
sumpsit, id est, carnem & sanguinem ex  
Abrahæ genere participauit. Vnde oportuit  
illum per omnia fratribus afsimilari, id est,  
similiter atque pueri, quos super fratres vo-  
catos ostendit, carnem & sanguinem parti-  
cipare. Subijcitur deinde finis huius partici-  
pationis & assumptionis, hoc est, liberatio  
à mortis imperio, & expiatio peccatorum,  
alijs quidem, sed in eandem sententiam cõ-  
sentientibus verbis. Quod autem Menno  
cauillatur de tempore præsentis, assumit in-  
quit, dicit non assumpsit, friuolum est, &  
refutationis non indiget, cum hac enalla-  
ge temporum, nihil in scripturis sacris vsi-  
tatis sit.

Non est autem consequens, vt si verbum  
assumpserit naturam nostræ carnis, cõtinuò  
omnes eius naturæ cõditiones assumpserit.

Sunt autem conditiones naturæ humane  
alix,

## DVAB. IN CHRI. NAT. 20

alix, ab ipsa statim origine & conditione  
substantiæ inditæ, & ipsam substantiam ne-  
cessariò consequentes, vt facultates oēs aĩx,  
& sensuũ tam exteriorum quàm interiorũ.

Aliæ ipsi naturæ post transgressionẽ iusto  
nei iudicio accesserũt, neq; necessariò sub-  
stantiã consequunt, sed à natura diuelli pos-  
sunt, quibus & eę alia naturæ notiõne naturales  
quoq; dici possũt. Hęc rursus duplices sunt,  
quædam enim vitij & culpæ rationem ha-  
bent, quædam autem pœnæ. In pœna autem  
modò afflictio tantum, modò vindicta no-  
xæ, vel proprię, vel assumptę spectatur.

Alię denique post resurrectionem beatis  
corporibus conferentur.

In homine itaq; (verbi causa) est facultas  
videndi, audiendi, loquendi, quę in ipsa na-  
tura etiã post lapsum eędẽ sunt relicte: nunc  
verò post lapsum est in homine vitiata cõ-  
cupiscentia, quę vitio & culpę ducitur. Sunt  
item morbi, calamitates, denique ipsa mors,  
quę in impijs supplicia sunt peccatorum, in  
pijs plerunq; virtutum exercitia. Post resur-  
rectionem verò in corpore glorioso erunt  
immortalitas, impatibilitas.

Verbum itaque Dei assumenda humana  
natura, eam sibi in vnionem hypostasis se-

COMMENTA. DE

ciauit, ac in ea conditiones omnes in fitas illi ab ipsa conditione suscipit.

Ex ijs verò, quæ transgressionem secutæ sunt noxam siue reatum culpæ alienæ, sine ipsa vitiositate, & pœnas, quibus noxa alienæ culpæ, quam sibi deputari voluit, luentur, assumpsit, non quòd ipsum verbum seu natura diuina passa sit, sed quia humana natura, cui hæc acciderunt, iam verbi propria erat. Itaque Christus, qui verè Dei verbum erat, in carne passus ab Apostolo dicitur.

Nulla igitur necessitas est, quæ cogat vt verbum assumenda natura carnis peccatricis, etiam peccatum & culpam contraxisse fateamur, neque enim peccatum necessitate inest naturæ, sed ex accidente. Quid igitur noui, si omnipotens verbum accedens à substantia remouerit, & substantiâ sine accidente suscepit? Quod si natiuitate & propagatione vitii contrahi dicatur, quis non videt multum inter nostram communem, & singularem Christi natiuitatem interesse? Primùm enim Spiritus sanctus superueniēs in virginē, eius carnē purificauit, & ad suppeditandā Christi carni materiam apparauit. Deinde citra coitum & libidinofam

DVAB. IN CHRI. NAT. 21

nosam seminum commixtionem, caro Christi Spiritus sancti operatione formata est. Spiritus itaq; sanctus originalis vitij contagionem occupauit, omnesq; aditus eius interclusit, vt ad Christum aspirare non poterit.

Neq; quicquam in eo absurdi est, si substantiam carnis Adæ sine eo, quod accesserat vitio, verbum assumpsit, quum post resurrectionem quæ regeneratio dicitur corpora nostra sine vitio sint futura, quæ tamen corpora corpori Adæ etiam post peccatum *ὁμοουσία* siue consubstantialia esse nemo negauerit.

Neq; ob id est nostri dissimilis quod hæc similitudo nostri, cum Christo non in accidentibus sed in substantia sit spectanda.

Neq; ex eo sequitur christum nō esse perfectum sed semihominē, quod ex matre sine patre sit genitus, nisi quis fortè Euā semihominem seu potius nullum hominē fuisse dixerit, quæ de costa viri absque vlla matre formata sit.

Neq; ob hoc erunt duo filij seu duæ personæ alter Dei sine matre, alter virginis sine patre filius. Nam etsi anima rationis particeps in hominē à solo Deo conformatur,

## COMMENTA. DE

corpus vero ex parentibus propagatur, nemo tamen duos filios aut duas personas dixerit. Sed vnam personam vnumque hominem quamuis ex duabus dissimillimis naturis constantem.

Verbum dei quod ex omni eternitate persona fuit, cum in Mariam descendit & carnem ex ea sumpsit, non desijt esse persona, sed in vnitatem personarum naturam sibi humanam adiunxit: ita ut quæ ante Dei tantum persona fuit, per incarnationem facta sit etiam hominis persona, non ut duæ essent personarum, sed ut vna atque eadem Dei persona esset & hominis.

Alia est autem animarum in corpore ratio, quæ antequam corpori indatur per se non consistit, sed in hoc conditur ab auctore Deo, ut accedens ad corpus, hominis essentiam perficiat. Verbum autem dei ante assumptam carnem ab ipsa eternitate constitit per se, neque vlla necessitate coactum, sed voluntate inductum humanam naturam, id est, animam & corpus hominis sibi adiunxit atque vniuit, ut neque persona esse desierit, neque tamen separata ab humana natura verbi persona fuerit, ut alia verbi, alia hominis persona extiterit, sed ex persona verbi & natura hominis, ut iam aliquoties

## DVAB. IN CHRI. NAT. 22

dictum est, vna persona in duabus consistens naturis redacta sit. Sed quid in eo noui est, si incarnationis modus ratione humana non comprehendatur, cum qua ratione animarum intelligentis & corporis inanimi coniunctio siue vnio fiat, ne præstantissimis quidem philosophis intelligi potuerit. Existimabant enim hisce tantum modis res diuersas in vnum coniungi posse, aut ut ea quæ coalescunt in vnum alterentur, & non maneant quæ ante fuerunt, ut in elementis, aut ut alterum alteri adsit & apponatur, ut calculus calculo, aut ut confundantur & commisceantur, ut aqua & vinum, quæ difficultas Platonem & eius sectatores induxit, ut hominis substantiam ex anima & corpore constare negauerint. Verum animam solum hominem esse, qui addito sibi corpore, tanquam organo & indumento vtatur. Sed multò rectius Ammonius Plotini præceptor, qui (ut à Gregorio Nyseno refertur) intelligibilia hac tradidit prædita esse natura, ut & vniantur ijs quæ eorum capacia sunt, haud secus atque ea quæ immutantur, vnita tamen inconfusa atque integra permaneant, ut in ijs quæ adiacent accidere videmus. Quid igitur nos dubitabi-

## COMMENTA. DE

habimus eā vim diuino verbo tribuere, quæ & humanam naturam assumpserit, & persona tamen quæ erat ante permanserit? Non mirum igitur si in rerum natura nihil simile reperiatur, cum hoc incarnationis mysterium omnem naturæ captum longè excedat fideq; magis ex sacris literis sit amplectendum, quàm humanis rationibus explorandum, quamuis vbi in rerum natura cōmodè aliquæ similitudines offeruntur, non sunt illæ sane negligendæ, tum vt rei obscuritas aliquo modo illustretur, tum vt aduersariorum contumaciā retundatur: quod Paulum in mysterio resurrectionis explicādo fecisse videmus,

Quamuis autem Christus siue humana in christo naturā persona nō sit, sed à verbo in vnitatē personæ assumpta, minimè tamē ob id cæterorum hominū carni dissimilis fuit caro Christi, tametsi in solo Christo humanitas persona non fuerit. Nam & anima dum est in corpore, persona nō est, cū per se non consistat: Ea vero quæ corpore soluta est persona non aliter atq; angelus rectè à quibusdam vocatur: neq; ob id alterius esse generis à quoquā asseretur, ita humana natura quæ quidem in Christo est, quū extra verbi personam

## DVAB. IN CHRI. NAT. 23

sonam nunquam constiterit, per se illa quidem persona nunquam fuit: eadē tamen natura humana in singulis hominibus persona appellatur, cum per se cōsistat nec aliudē dependeat, neq; tñ eā ob causā ea quæ in singulis est humana natura, ab ea quæ in Christo est alterius generis, substantiæ siue naturæ existimari debet, cum personæ notio naturæ rei nihil addat nec adimat.

Est & illud obseruandum quod cū hoc in illo esse vel illi adesse dicit, id non vno posse modo intelligi. Vno enim modo hoc in illo esse dicitur per assistentiam & præsentiam seu loci seu virtutis & efficaciam; quomodo id quod loco continetur, in loco esse dicimus, & solem ibi esse asserimus quo eius feruor & virtus pertingit. Hoc fere modo Spiritus sanctus dicitur esse in fidelium cordibus, quæ & templum dicuntur inhabitantis in ipsis Spiritus sancti. Alio modo aliquid in alio esse dicitur per naturæ participationem, quomodo pater in Christo est, & Christus in patre, quod in existentiam genus Theologi circuminceptionem appellat, qua voce id exprimere voluerunt, quod Græci *ἡ ἐκχώρησις* vocant. Deinde & in aliquo esse dicit per hypostaticā vniōē, hoc est, vt ex



COMMENTA. DE

eo & altero sibi coniuncto vna hypostasis efficiat. Sic anima est in vno quolibet homine, quia ex animo & corpore, vniuscuiusq; hominis hypostasis perficitur. Hoc modo dei verbum in persona Christi inesse credendum est, ac Deus esse in Christo, non modo quod assistente & impellente ipsum diuina verbi virtute sit præditus, sed quod verbi persona humanam sibi naturam adiungens, vnâ christi personâ ex diuina humanaq; natura constantē effecerit. Legitur quidem apud Euan gelistâ, quod verbum ἐκ τῆς ὄψεως, id est, tentorium fixerit seu habitavit in nobis, id est, in carne nobis connaturali, & alibi corporis sui templum Christus appellat, sed quomodo corpus nostrum apostolus & tabernaculum vocat & domiciliū, nō quod in eo anima tanquā in alieno sed tanquā in proprio & vnito sibi domicilio cōmoret. Hæc distinctio min⁹ obseruata nōnullis erroris & blasphemie occasionem præbuit. Agnoscut enim plenitudinē diuinitatis fuisse & habitasse in Christo seu persona Christi, ex eo tamen non consequi, vt persona Christi sit Deus. Adhibent similitudinem ex eo, quod Spiritus sanctus in electis habitare dicatur, non esse tamen consequens, vt ipsi sint Spiritus

DVAB. IN CHRI. NAT. 24

ritus sanctus. Sed hæc similitudo ad rem non pertinet. Longe enim alio intellectu in Christo esse dicitur Deus, alio in electis: in Christo enim est pater per naturæ cōmunionem. Verbi autem persona in Christo est per hypostaticam vnionem, in electis vero est Deus & Spiritus Dei per gratiæ & virtutis subministracionem: alioqui si non aliter in Christo Deus esse intelligatur quàm quomodo est in electis, qui fit vt electi propter inhabitantem in se Deum, non colantur & adorentur, qui fit vt non in electis mundum reconciliauerit sibi Deus, quū de Christo dictum sit, Et adorent eum omnes angeli eius, & Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.

Nunc igitur facile intelligi potest quid sit verbi incarnatio, nempe humanæ naturæ à persona verbi assumptio in vnitate hypostasis hoc est, ita vt ex persona verbi diuinæ naturæ & ex humana natura vtraque proprietates suas retinente, vna hypostasis seu persona conficiatur. Hæc autem duarum naturarum in vnâ personam coniunctio & tanquam coitio, vsitato & recepto nomine vnio hypostatica nominatur, quod fit vt aliter incarnatio explicari possit,

vt

COMMENTA. DE

vt dicatur humanæ naturæ cum verbi personæ hypostatica vnio. Porro hypostatica vnio hunc in modum à Græcis definitur ὑποστατικὴ δὲ ὁμοῦς ἕστιν ἢ τὰς διαφορὰς οὐσίας, ἢ γὰρ φύσεως ἢ τὸ πρόσωπον καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν συναΐγουσα, ἢ συνδέουσα, hypostatica vnio est, quæ differentes essentias siue naturas in vnâ personam vnâ quæ & eandem hypostasim cogit, atq; cōnectit. Vniōem aut̄ καθ' ὑπόστασιν primus cyrilus aduersus Nestoriū dixisse videtur: quare eam vt nouā & inauditā Theodoretus repellit. cyrilus vero se nihil aliud significare vel respondet quā hoc solum, quod verbi natura siue subsistētia quæ est ipsum verbū, humanæ naturæ vere vnitum sit citra vllam cōuersionem & confusione. Hanc vnionē etiā οὐσιώδη, id est, essentialē siue substātialē appellant, hoc est, interprete Damasceno veram, non κατὰ φαντασίαν, id est imaginariam, qua ratione & naturalis dicitur, cuiusmodi est in homine aīæ & corporis: quāquā inter animæ & corporis & verbi, ac carnis vniōnem non nihil interest. Nam vt auctor est Theodoretus, in hoīe eorum quæ sūt cōtemporanea & creata & cōserua naturalis est vnio. In domino autē christo id totū est bo-

DVAB. IN CHRI. NAT. 25

næ eius ac liberę voluntatis beneuolentięq; erga genus humanū & gratiæ. Est igitur voluntaria hæc vnio & carnis assumptio in christo, quod eam liberā voluntate non naturali propensione susceperit. naturalis tñ eadē dicitur quod naturaliter. i. verē duæ naturę in vnā hypostasim coierint: ita videlicet naturalem vnionem. i. veram Cyrillus in apologetico anathematismi tertij intellexit & explicauit asserens, hunc esse scripturæ diuinitus inspiratæ morem, vt eo intellectu naturę dictiōem vsurpet, adducto apostoli testimonio, qui nos natura dicat esse filios iræ: non quod peccatores è diuina ira prognati sint, verū natura ibi inquit idē efficit quod verē. Hæc Cyrillus. Porro hinc facile intelligi potest, naturam vniri naturę non idē esse quod hanc naturam fieri illam, sed hanc ad illam accedere, eiq; copulari atque coniungi, ita vt ex ijs ita copulatis atque coniunctis naturaliter, id est, vere vnum aliquid efficiatur: sic in christo humana natura vnita est naturæ verbi, quod eam natura verbi sibi asciuerit, eoquē modo sibi coniunxerit, vt ex ijs iunctis atque connexis vna christi persona constituatur, sic vt vtraque natura inconfusa & immutata permaneat. Ita

## COMMENTA. DE

fit vt distinctio naturarum singularitati personæ nihil detrahat, & singularitas personæ distinctionem naturarum non violet. Item distinctio naturarum nullam personæ diuisionem adferat, & singularitas personæ nullam naturarum confusionem inducat.

His vtcunq̄ue explicatis, reliquum est vt de nominibus & ex ijs coniunctis orationibus, quæ de christo domino nostro proferuntur, explicandum esse videatur. Voces igitur omnes, quæ de Christo domino proferuntur aut per habitum aut per denominationem dicuntur, id est, vt vulgo loquimur, aut abstractæ sunt aut concretæ. Porro ea loquendi forma vſtatissimā est, in qua vtriusq̄; naturæ concreta inuicem & de nomine hypostasin declarante enunciantur: quam orationis figuram vulgo communicationem idiomatum appellant. Idiomatis autem nomine concretum intelligi volunt, quo proprietates aliqua declaratur. Videtur autem idiomatum communicatio non prorsus abhorre à figura Synecdoches, vtpote quæ cōcretum quod vnus partis siue naturæ est, subiecto quo vtraque natura siue tota personæ significatur, tribuitur; idque propter naturam-

DVAB. IN CHRI. NAT. 26  
 turarum in vna hypostasi coniunctionem; quam vniōem nouo quidem, sed ad rem explicandam non inepto vocabulo Græci ecclesiastici scriptores, in quibus Ioannes Damascenus *ᾠδεχωρησην* appellant. Videtur autem ea voce id exprimi quod diuina natura in humanam quodammodo immigrat, eamque totam ita peruaserit & completa sit, vt vnum quiddam ex vtroque effecerit, quemadmodum anima corpus, & ignis ferrum complectitur, *καὶ διὰ τὰς πόρνας* & per illud permeat, vt vnum quiddam ex ijs fiat, & vna tanquam communis vtriusque actio efficiatur, & quæ ante singulis propriæ erant actiones & qualitates, nunc vni communiter attribuantur. Atque propter hanc vnionem & *ᾠδεχωρησην* hæ locutiones existunt, quas per communicationem idiomatum fieri dicimus. Damascenus *ἀντιδόσεως τρόπος* appellat, id est, modum quendam mutue attributionis. Sic enim loquitur *καὶ οὗτος ἔστιν ὁ τρόπος τῆς ἀντιδόσεως ἐκατέρως φύσεως ἀντιδιδούσης τῆς ἐτέρῃ τὰ ἴδια διὰ πῶς τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ πῶς εἰς ἅλληλα αὐτῶν ᾠδεχωρησην*, id est, Hic est modus antididoseos,

D 2 id

*Damasc. li. 4  
 orthodox. fidei  
 cap. 19,*

*li. 3. ca. 4. de  
 ortho. fide,*

COMMENTA. DE

id est, mutuae retributionis utraque; natura alteri propria vicissim retribuente, propter identitatem hypostasis & ipsarum in se mutuo commutationem, qua ratione dicere de Christo possumus, Hic Deus noster in terra visus est & homo iste increatus est. Eam item orationis figuram, qua quis duo vna locutione comprehendit, ut cum duarum naturarum operationes vnica theandrica (sic enim Dionysium secutus appellat) Christi actione complectimur, idem Damascenus periphrasim vocari asserit. Est illud quoque animaduertendum, quod quamuis duae tantum in Christo naturae sint, idiomatica tamen & attributa in Christo triplicia comperiuntur: alia enim diuinæ, alia humanæ naturæ propria sunt: alia non nisi utrique simul naturæ siue personæ ex utraque persona coniunctæ atque vnitæ conueniunt. Quamuis autem Damascenus neget, ex utraque natura Christi tertiam quandam ex utraque constantem naturam effici & conflare, ut in homine fit, id tamen ea tantum de causa ab illo factum videtur, quod naturæ nomen quandam communitatis notionem includat, in quam hypostases plures conueniant, quæ communitas in Christi persona nulla inue-

Lib. 3. ca. 19.  
orthod. fid.

DVAB. IN CHRI. NAT. 27

inuenitur. Non est enim vlla alia persona, quæ eandem cum Christo speciem siue naturam communem habeat. Agnoscit tamen personam Christi *σωθεζον*, id est, compositam atque concretam: quo fit ut quaedam actiones & proprietates soli personæ conuenientes, quæ quamuis ab utraque simul natura existant, in neutram tamen seorsum naturam conuenire deprehendantur: ut immortalitas *ιδιότης* est diuinæ naturæ, mortalitas humanæ, at satisfactio, redemptio, intercessio, quamuis utriusque naturæ energiae & operationes sint, in neutram tamen seorsum naturam quadrant, sed ad totam & ex utraque compositam personam referri debent, atque hæc videntur illæ, quas *θεαυδρινος ενεργος* appellat: atque huius totius rei exemplum in homine apparet; in quo alia sunt conditiones & proprietates singularum naturarum, ut animæ cogitatio, ratiocinatio: corporis grauitas, circumscriptio, dimensio: alia autem totius compositi quæ separatim neutri naturarum attribui possunt, ut actiones corporis, quæ ex facultatibus organicis ortum habent. quamuis enim hæc actiones corporis ministerio & tanquam instrumento fiant, tamen non nisi vi, *νευ-*

COMMENTA. DE

*μωίας*, ductu, impulsuq; anime perficiuntur, ita vt vtrique communes sint & neutri propria: ita redemptionis nostræ opus in carne quidem Christi, id est, humana natura peractum est, sed vim illam efficaciamq; redimendi & à peccatis liberandi non nisi à diuinitate suscepit: quare non nisi ad vtranq; simul coniunctam & in vnam hypostasim quodammodo conflata referri potest, atque id vt manifestius fiat, in salutaribus his actionibus Christi & pro nostra salute perficienda susceptis, duo spectanda sunt, ipsa actio, quæ humanæ naturæ propria erat, vt passio, crucifixio, mors, & vis atque efficacia passionis, quæ est satisfactio, redemptio, iustificatio, sanctificatio, quæ humana natura diuinitatis expers prestare non poterat. Itaque mori quidem potuit humana natura: moriendo autem mortis imperium obtinentem delere non potuit. At mortis imperium obtinentem delere, diuinæ naturæ non erat difficile: vt autem id per mortem faceret eius naturæ repugnabat. Itaque per mortem delere eum qui mortis imperium tenebat, vtrique simul naturæ in vna hypostasi coniunctæ, hoc est, ipsi hypostasi quatenus ex vtraque constat natura, tribuendum est

DVAB. IN CHRI. NAT. 28  
est, quemadmodum ferrum secare quidem potest, vrere non potest, quod ignis est proprium. Cum igitur ignitum ferrum vna atque eadem actione simul & secat & vrit, id nec ferrum nec ignis seorsum efficere valet, sed eius instrumenti est in quo ferrum ignis substantiam & vim concepit: quanquam id vtrique naturæ sed vt in vno supposito (vt vocant) coeunti attribui debet: imo ea de causa omnis eiusmodi vnio & coniunctio fieri videtur, vt quod neutra natura seorsum potest, id ex vtraque simul coniuncta perficitur. Præclare itaque hanc quæ apud Dionysium est, *θεανδρικὴν ἐνεργείαν*, id est Deivram actionem Damascenus explanat cum inquit, Idem est dicere, Agit Christus secundum vtranque ipsius naturam, & agit vtraq; in christo, natura *μὲν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος* cum alterius communicatione. Communicat igitur diuina natura carni agendi, & quod actio carnis erat omnino salutaris, nõ humanæ actionis erat sed diuinæ. Caro autem diuinitate verbi imperante, propter hoc & organo corpore diuino perficiebat actiones.

Sed tota hæc res vt dilucidior fiat, quædam à dialecticis sumenda sunt. Obseruan-

## COMMENTA. DE

dum igitur, quod in concretis vocabulis duplex significatum cernatur: vnum quo naturam aliquam seu qualitatem & affectionem declarât, quod illis cum abstractis, à quibus denominantur, commune est, alterum quo ipsam rem subiectam significant, in quam natura illa seu qualitas cadit, cuius gratia de ipsa re subiecta verè apteq; pronunciantur: illud formale, hoc materiale significatū appellant: illud cōnotare, pro hoc supponere dicuntur (præstat enim nonnunquam ineptius sed significantius, quàm venustius sed obscurius loqui, vt iustus primo quidē iustitiam notat, de qua tamen nō dicitur: neq; em̄ dicimus iustitiam iustam. Significat item & subiectum cui inest iustitia, hoc est hominē eū cui iustitia accidit. itē fortis eundē animi habitū, quē fortitudo declarat, de eo tm̄ subiecto tm̄ verè dicitur, cui ea qualitas inheeret. Quāuis itaq; non idem sit iustitia & fortitudo, eaq; causa de se inuicem non dicuntur (neq; em̄ iustitia est fortitudo, neq; fortitudo iustitia) cū tamen in idem subiectū cōueniant, fit vt ipsoꝝ denominatiua & seorsum singula de subiecto & de se inuicē verè affirmari possint, vt Plato est iustus, Plato est fortis: fortis hic vir idem iustus est, & iustus fortis

DVAB. IN CHRĪ. NAT. 29  
 fortis: quamuis denominatiua alterius habitus seu eius proprietates de altero habitu nō dicantur. Neque enim iustitia fortis, neque in periculis cerni dicitur: ita neque fortitudo iusta, aut suum cuique tribuere aptè dicitur: ita in homine corporeum & animale, (hac enim voce vtendum est, vt quoquo modo exprinamus id, quod Græcè dicitur ψυχή & σώμα) duas naturas, ex quibus constat homo significant animam & corpus, quæ sibi mutuo tribui non possunt: neque enim anima corpus est, nec corpus anima. At concreta ipsa quæ aptissimè, & de homine ex utroque constante, & de se inuicem proferuntur. Est enim homo idem, & animalis & corporeus, atque hic animalis idem est & corporeus, & corporeus animalis. Concreta tamen alterius naturæ & eius idiomatica, de altera natura inuicem non dicuntur: neque enim anima corporea est, neque corpus animale. Itē anima non est aspectabilis, circūscripta, neque corpus inaspectabile, incircūscriptum. Eodem modo duæ in Christo naturæ spectantur, humana atque diuina, seu diuinitas atque humanitas: vnde per denominationem dicuntur Deus & homo. Quamuis itaque diuinitas non sit humanitas, neq; hu-

D 5 mani-

## COMMENTA. DE

manitas diuinitas, aptè tamen & verè Christus Deus & homo dicitur: & Deus homo, ac rursum homo Deus appellat, idemq; accidit in reliquis concretis, quæ naturarum differentias & proprietates declarant. Hęc ipsa tamen concreta, quibus altera natura, aut eius proprietates significantur, de altera natura dici non possunt, neque enim diuinitas homo est, nec concepta, nec nata, nec passa, nec cruci suffixa, nec rursum humanitas Deus est, neq; æterna, nec immensa, nec per omnia diffusa: atq; id est quod Theologi dicunt, naturæ sibi mutuò non cõmunicant sua idiomatica.

Vt igitur ad rem tandè veniamus, illud in primis animaduertèdũ erit, quod huiusmodi cõcretis nunc attribuendo, nunc subiicendo vtamur. Attributorum tria sunt genera: alia enim Christo attribuunt ratione diuinæ naturæ tantũ, eaq; rursum duplicia sunt: aut enim diuinam naturã notant ratione essentię, vt æternus, immẽsus: aut ratione personę diuinę, vt filius Dei, Verbũ, imago, et splendor gloriæ & character substantiæ.

Alia ratione humanę naturæ de Christo pronunciantur, vt tristari, esurire, fatigari, ascendere in cœlum, descensurum esse è cœlo.

DVAB. IN CHRI. NAT. 39  
cœlo. Sunt em̄ hęc (vt Damascenus testatur) circumscripti corporis actiones.

Alia ratione vtriusq; naturæ siue hypostasis ex vtraq; cõpositæ, vt mediator, intercessor, aduocatus, redemptor, Pontifex: atque hæc vt à reliquis distinguantur, obseruandũ est, ea attributa personam spectare, quæ seorsum neutri naturæ accõmodari possunt, vt diuina natura non est redemptrix, quia pati non potuit, neque humana natura, quia redemptionis indiguit: ita diuinæ naturæ propria sunt, quæ de diuina natura tantum, non etiam de humana dicuntur, vt diuinitas est æterna, increata, non item humanitas. Humanæ verò propria sunt, quæ de humana non etiam de diuina proferuntur, vt humanitas seu humana natura esurijt, doluit, passa est, non item diuinitas.

Annumerari possunt his attributis & nomina quędam, quę abstractorum speciem habent, non aliter tamen atque concreta de subiectis pronunciantur, vt lux, virtus, sapientia, veritas, resurrectio, vita, iustitia, sanctificatio, redemptio, pax, peccatum, maledictum.

Eodẽ modo subiecta triplicia sunt: aut em̄ diuinã naturam significant, idq; aut essentia

COMMENTA. DE

tiæ ratione, vt Deus, aut personæ, vt filius, Dei verbum, Vnigenitus aut humanam naturam declarant, vt homo, filius hominis, vir: aut vtramq;, vt Christus, Iesus, emanuel.

Est illud omnino obseruatu dignû, quod in ijs sermonibus, qui de Christo Domino habentur, in ijs subiectis, quæ naturam declarant, nunc naturæ proprietates spectatur: quo modo rectè dicimus, Verbum fuisse ab initio, & filium hominis mortem subiisse. Nunc verò personæ vnitas consideratur, qua ratione & filius hominis descendisse de cœlo, & Deum verbum passum esse pronunciamus, in quo genere sermonis idiomatû cõmunio cernitur. Illud sanè obseruare longè vtilissimum erit: nam huius discretionis causa fit, vt cum in literis sacris, tum in orthodoxorum patrum scriptis cõtraria nonnunquam in speciem occurrant, quæ hac discretionis regula adhibita, facillimè conciliantur, vt verbi causa, Deum passum asserit Cyrillus, sed qui personæ vnionem respiciat. Negat idem Theodoretus, sed qui naturæ proprietatem consideret.

Hinc variæ pronunciationû connexiones existunt. Aliæ enim propriæ sunt & simplices, vt in quibus eiusdem generis concreta

con-

DVAB. IN CHRI. NAT. 31

coniunguntur. Aliæ ad hanc cõmunionem idiomatum referri debent, in quibus diuersi generis idiomata siue concreta copulantur, quarum enunciationum veritatem si quis æstimare velit, concretum ipsum periphrasi explicet, in qua voci hypostasis vel personæ, natura vel proprietas eo concreto nomine cõnotata, cõuenire significetur: vt Deus è virgine natus est, id est, persona seu hypostasis, diuina natura prædita, siue particeps diuinæ naturæ, siue is qui verè & natura Deus est: ita constat hanc veram esse, Deus est homo, id est, is qui verè & natura Deus est, is verè homo est, & particeps humanæ naturæ.

Nunc itaque ad enunciationum varietatè transeamus. Illud tamen antè admonendû duximus, nos de ijs tantum attributis hoc loco sermonè instituere, quæ Christo post vnionem conueniunt. Nam qui hæc subtiliùs distinxerût, quatuor modos generales eorum, quæ de Christo dicuntur, excogitarunt. Quædam enim de eo ante incarnationem dici, quædam in ipsa vnione, quædam post vnionem, quædam verò post resurrectionem tradunt. Nos autem sufficere instituto nostro putauimus, si paulò distinctius

&



COMMENTA. DE

& concisus deijs, quę Christo post vniōnē  
tribuuntur, disseruerimus.

Cū itaq; subiectum diuinam naturā de-  
clarat, tria enunciationum genera oriuntur.  
Primū diuinę naturę attributum de diui-  
nē naturę subiecto dicitur, & propria erit  
enunciatio, vt verbum Dei est ęternum, im-  
mensum. Huc pertinent, In principio erat  
verbum, verbum erat apud deum, Deus erat  
verbum, Sicut pater viuificat mortuos, ita &  
filius, quos vult, viuificat.

Secundo loco humanę naturę attributū  
de diuinę naturę subiecto profertur, vt De-  
us est homo, filius Dei factus est ex mulie-  
re, factus sub lege, Verbum caro factum est.  
Ad hunc ordinem pertinet, Deus ex virgine  
Maria natus est, cui hęc ex aduerso respon-  
det, Maria Deum peperit, siue Maria est  
θεοτόκος, id est, dei para, seu dei genitrix.  
Est enim sententia, Maria deum genuit, id  
est, eum qui verē & naturā deus erat, siue  
personam verē naturā diuinā pręditam. Ge-  
nuit itaque Maria Emanuelem, id est, deum  
nostra carne & natura pręditum. Quan-  
quam enim sola natura humana ex Marię  
substantia ducta est, ea tamen natura nūn-  
quam

DVAB. IN CHRI. NAT. 32

quam sola fuit, sed personę verbi, à qua  
assumpta erat indiuiduo nexu coniuncta,  
atque huiusmodi personam ex deo & ho-  
mine constantem, non nudum hominem  
Maria peperit. Eam orationem cū Ana-  
stasius Nestorij episcopi Constantinopo-  
litani presbyter publicē reijceret, atque in  
hęc verba declamaret, Nemo Mariam dei-  
param vocet, fuit enim homo Maria: ex  
homine autem Deum nasci est impossi-  
bile: eumque sermonem Nestorius confirma-  
ret, Mariamque non θεοτόκου, sed χριστό-  
κου appellandam esse assereret, magnę &  
periculosę in Ecclesia perturbationes exti-  
terunt. Compertum enim postea est, eum  
non ea tantum de causa hanc orationē as-  
pernari, quòd naturam siue essentiam di-  
uinam ab homine gigni, & initium à crea-  
tura ducere non posse sentiret, sed quòd  
in Christo aliam hominis, aliā Dei esse perso-  
nam assereret, Christumque hominē nō verē  
& natura Deum, sed hominem θεοφόρον, id  
est, deū in se quodāmodo continentē. Eius  
hęc verba apud Theodoretū referuntur, Nō  
peperit ò bone Maria Deum, sed hominem  
diuinitatis instrumentum. Itaque deum ab  
homine dissoluere, duosque nobis Christos  
duosque

## COMMENTA. DE

duosque filios inducere videbatur. Quia propter orthodoxi viri hanc orationē, atq; hanc vocem θεοτόκος, omnino admittendam esse censuerunt, tum quod à superioribus & orthodoxis patribus ea vox usurpata fuisset, cuius rei testimonia Socrates ex Origine & Eusebio Pamphili profert: tum vt ea significaretur, Mariam non nudum hominem, neq; hominem tantum θεοφόρον genuisse, sed personam eiusmodi, quę non homo modò, sed verè & natura Deus simul esset & homo. Hęc pulcherrimè explicantur concilij ephesini, capite 13. Itaque is, qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter est procreatus in tempore. Non quod diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordiū, sed quia propter nostram salutē, naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere: idcirco dicitur esse natus carnaliter. Neque enim primum natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum habitauit in eo verbum, sed in ipsa vulua vteròq; virginali secū carnem coniunxit, & sustinuit generationē carnalem, carnis suę natiuitatem suam faciens. Huic affinis est hęc, Deus seu Dei verbum, passionem & mortem carne sustinuit,

## DVAB. IN CHRI. NAT. 31

nuit, quam cum Cyrillus Alexandrinus in suis capitulis asseruisset, multis ijsque magnis & grauibus viris, in primis Ioanni Antiocheno, alijsq; multis, potissimū eius prouincię episcopis, in quibus erāt Acacius Be roēnsis, annos natus 110. Paulus Emyseus, Ibas Edessenus, & Theodoretus Cyrensis, suspicionem præbuit quasi Apollinaris errorem, qui diuinitatem cum humanitate confundebat, renouare & confirmare videretur: quo factum est, vt & Theodoretus vir doctissimus, & postea in synodo Chalcedonēsi, vt orthodoxus, receptus & collaudatus, auctoritate Archiepiscopi sui Antiocheni indutus sit, vt illa capitula scriptis aduersarijs insectaret. Quare & capitula eius, quę numero duodecim erant, vt impia & heretica, & impijs Apollinaris, Arrij, Eunomij dogmatibus affinia, ab Orientalibus potissimū episcopis damnata fuere, & ipse eorū auctor, approbantibus Theodosio & Valentiniano Imperatoribus, episcopata amotus est. Sed mox adhibita declaratione, & apologetico aduersus Orientaliū obiectiōes, & antithesibus aduersus Theodreti reprehēsiōes cōscriptis & euulgatis, eoq; loquendi genere, quod multos offenderat, explicato, eū non

## COMMENTA. DE

pro hæresi Apollinaris cõfirmanda, sed ad nouum Nestorij errorẽ conuellendũ ita scripsisse compertũ est, neq; vt naturas cõfunderet, sed vt veram naturarũ in vnã personã vnionẽ ostenderet, & vt eorũ dogma refelleret, qui cõmunem pro nobis hominem, crucẽ pro nobis sustinuisse dicũt, vt apparet ex declaratione 12. capituli siue anathematismi. Itaq; nõ vt illi existimabãt, cùm diceret verbum Dei carne passum naturẽ appropriatam, sed personẽ vnitatẽ spectabat. Ita em̃ hãc orationẽ explicat in antithesi aduersus reprehensionẽ Theodoretĩ anathematismi duodecimi, Quia (inquit) dicimus propriũ eius esse sanctũ corpus, quod ex beata virgine est assumptũ, eã ob causam carnis passionẽ eius esse dicimus, secundũ dispensatiũã appropriationem seruata vbiq; natura eius impassibili. Deus enim ex Deo est. Quando igitur carne dicitur pati, non ipse in propria natura intelligit̃ pati, ipse enim factum est vnitũ sibi corpus. Et postea, Aliud est (inquit) dicere pati in carne, & aliud simpliciter dici pati diuinitatis naturã. Quia enim idẽ deus simul est ac homo impassibilis quidem, quantum ad diuinitatis attinet naturam, passibilis verò secundũ humanitatẽ. Quid hic ab-

## DVAB. IN CHRI. NAT. 32

absurdi, si dicatur pati in eo, quod pati potest, qui man sit impassibilis in eo, quod pati non potest? In libro de incarnatione Vnigeniti, Et si (inquit) Deus passus esse dicat̃, passio quidẽ erit dispensationis ipsius, id est, carnis siue humanẽ naturẽ (Solẽne enim hoc est Græcis scriptoribus, vt eũ sermonẽ, qui de diuina natura habet̃, θεολογίαν, qui verò de carne siue humana natura διονομίαν appellent) tamẽ diciẽ & rectẽ quidẽ, quia corpus passum est, & quia erat in corpore patiente is, qui pati nõ poterat. Hac igit̃ interpretatione exhibita, & apologia ad Imperatorem Theodosiũ conscripta, præcipuẽ intercessione Episcoporum, quibus Cyrilli fidei integritas perspecta erat, illegitimẽ abrogationem illam à Ioanne Antiocheno, eiusq; auctoritatem sequentibus Episcopis factã, asserentium, non modò recõciliatus est Cyrillus, & in pristinũ locũ restitutus, verum etiã summa cũ auctoritate vniuersam synodũ ephesinã administravit, in qua synodo hæc eadem oratio eodẽ modo explicat̃, ca. 13. Sic illum dicimus & passum esse, & resurrexisse, non quia Deus verbũ in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauorũ transfixiones, aut alia vulnera susceperit: Deus

E 2 namq;

COMMENTA. DE

namq; incorporalis extra passionem est, sed  
 q̄a corpus illud, quod ipsius propriū factū  
 est, hoc sustinuit: ideo hęc oīa p̄ nobis ipse  
 dicit passus. Inerat em̄ in eo corpore quod  
 patiebat̄ Deus, qui pati non poterat. Simili  
 modo & mortem ipsius intelligimus. Im-  
 mortale enim & incorruptibile est naturaliter,  
 & vita, & viuificās Deus verbum: sed q̄a  
 corpus ipsius propriū, gratia dei (iuxta Pau-  
 li vocē) pro omnibus mortē gustauit, idcir-  
 co ipse dicit̄ mortē passus pro nobis. Non q̄  
 ipse mortē esset expertus, quantū ad ipsius  
 naturā pertinet (insania enim est, hoc vel sen-  
 tire, vel dicere) sed quod, vt diximus, vera  
 caro ipsius mortem gustauit. Hęc quidē in  
 Ephesina synodo hunc in modum exposi-  
 ta fuere. At paulō post cū Eutyches, ar-  
 chimandrita Constantinopolitanus, Nesto-  
 rij charibdim cuitare conatus, in Scyllam  
 Apollinaris impegisset, eiusq; errorē instau-  
 rare, & naturarum confusionem in ecclesiā  
 importare niterē, hęc oratio, qua deus pas-  
 sionem sustinuisse dicitur, rursum pijs viris  
 suspecta haberi cœpit. Eam em̄ Eutychiani  
 in eam sententiā proferebāt, vt docerēt ver-  
 bum immutabiliter, vt aiebāt, conuersum &  
 carnem factum, in ea carne verē passionē &  
 mor-

DVAB. IN CHRI. NAT. 33  
 mortē subiisse: quo fit, vt Theodoretus in  
 persona orthodoxi, libro dialogorū tertio,  
 eam asserenti tantopere repugnet. Apparet  
 em̄ illum in tota ea disputatiōe, nomine dei  
 diuinā naturam intellexisse, neq; aliud se de-  
 fendere voluisse, quam diuinam naturā etiā  
 carni cōiunctam impabilem esse & immor-  
 talem. Ceterū quid illū in hac oratiōe offen-  
 derit, apertius declarat in appendice libri  
 tertij dialogorum, qui deum verbū (inquit)  
 carne passum esse affirmant, rogentur quid  
 sentiāt: & si dicere quidē ausi fuerint, quod  
 corpore affixo diuina natura dolorē subijt,  
 discant diuinam naturā animę vsū nō im-  
 plesse: etem̄ Deus verbū, animā cū corpore  
 suscepit. Sin autem hoc dictum, vt impiū  
 & blasphemū auersentur, dicant autē carnē  
 quidē natura esse passam, Deum autem ver-  
 bum, passionem vtpote proprię carnis sibi  
 accommodasse: ne perplexas verborū tencicu-  
 las tenebrasq; afferant, sed peruersi dicti sen-  
 tentiā apertē pronunciet. Huic enim inter-  
 pretationi eos suffragantes habebūt, qui sa-  
 cram scripturā sequi volunt. Qui verō post  
 hęc tēpora secuti sunt orthodoxi scriptores,  
 eam orationē sine vlla dubitatione & rece-  
 perunt & affirmarunt: videlicet intelligebāt

COMMENTA. DE

ea oratione non naturæ proprietatem, sed ut diximus unitatem personæ significari. Id manifestè apparet ex Vigilij tridentini episcopi, aduersus Eutyché lib. 2. & Paschasij diaconi de Spiritu sancto (q̄ Vigilio *αὐτοῦ* *ἔσθ' ἵνα* fuisse videtur) libro 2. cap. 4. Sic em̄ ibi legitur, Si requiris quomodo inuiolabilis potuerit pati, & incōprehensibilis crucifigi, personę unitas facit, ut quod homo pertulit, Deus pertulisse credat̄. Et paulò post, Dicit ergo (inquit) nunquã dominũ glorię crucifixissent, & è diuerso nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Vide quomodo per unitatē personę humana diuinis, & humanis diuina misceantur: Deus crucifigitur, & homo de cœlo descendere, & in cœlo permanere memoratur. Hęc quidē de explicatione huius orationis dicta sint, quę sanē oratio cōgruere prorsus videt̄ cum ijs, quę ex beato Paulo colliguntur, Dominum glorię esse crucifixum, & filiũ Dei imaginem Dei inuisibilē pacificasse omnia per sanguinem crucis suę. Itē Deũ ecclesiã sibi suo sanguine cōparasse: quarũ veritas aliter cōstare nõ potest, nisi unitatis personę, & vniōis naturarũ ratio habeat̄. Cur autē ab alijs recepta olim

DVAB. IN CHRI. NAT. 34

olim fuerit, ab alijs minus in causa fuit eorum, quibuscũ disceptabat̄, varietas. Nam hi quibus cũ Apollinaris & Eutychetis sectatoribus res erat, qui diuinã naturã in carnē conuersam assererant, hæc oratio displicebat, quòd Dei nomine diuinitatis natura & nõ persona Dei & hominis intelligi videretur. Qui verò cũ nestorio congregiebant̄, qui diuinitatē ab humanitate separare visus est, eã orationem verè proferri posse assererant.

Tertiò attributũ vtriq; cōmune naturę de subiecto diuinę naturę pronunciat̄, ut filius Dei nos morte sua Deo reconciliauit. Ita enim Paulus inquit, Cũ inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

Cũ subiectum humanã naturam significat, triplex item existit propositionũ genus.

Diuinę naturę attributũ, de humanę naturę subiecto dicitur, ut homo est Deus, quo pertinet celebre illud Christi dictũ, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, q̄ est in cœlo: dicit̄ filius hominis descendisse de cœlo, & iam tũ cũ in terris conspiceretur fuisse in cœlo, quamuis id diuinitatis proprium sit, quã quia iam in vnã personã cum carne coniuncta

COMMENTA. DE

fuit, propter eam inseparabilem vnionē tribuitur personæ, quod est proprium naturæ. Nam (vt loquitur Theodoretus) Vnio facit nomina cōmunia. Item, Cōmunia personæ euaserunt, quæ sunt propria naturarum. Nomen autem filij hominis, vt suprâ monuimus, quomodo & reliqua eius generis concreta, non naturam modò, sed etiâ personam, de qua pronuntiatur, significat. Christus igitur filius hominis, quâuis secundum eam naturam, quam ex nostræ carnis substantia sumpserat, in terra cōspiceretur, erat tamen in cœlo secundum eam naturâ, quæ cœlum & terram condiderat.

Aut humana de humanis pronuntiâtur, vt filius hominis esuriit, fatigatus est, æesus, passus, crucifixus, quæ locutio propria est.

Aut quod vtriusq; naturæ est, de humanæ naturæ subiecto pronuntiatur. Huc crebrè in sacris literis locutiones referuntur. Vnus mediator Dei & hominum Christus Iesus. Item, Per hominem resurrectio mortuorū. Quod quid est aliud, quàm homo resurrectiois mortuorum auctor est atq; effector.

Cùm nomen vtriusque naturæ, id est, ipsius naturæ propriū subijcitur, tria propositionum genera nascentur.

Quod

DVAB. IN CHRI. NAT. 35

Quod diuinæ naturæ est de vtraq; simul siue de personâ dicitur, vt Christus est filius Dei vnigenitus ex patre ante secula natus. Huc referuntur, Antequam Abraham nasceretur ego sum, Ego & pater vnū sumus, Qui me videt, videt & patrem, Ego in patre & pater in me, Ego vobiscum sum ad consummationem seculi.

Attributum humanæ naturæ de nomine personæ pronuntiatur.

Est autē hoc loco animaduertendū, quod eorum quæ de Christo ἀνθρώπου προεπέως, id est, humanæ naturæ congruenter dicuntur, plures sunt modi, qui à Damasceno cōmemorantur. Quædam enim dicuntur κατὰ δικοιῶσιν καὶ ἀναφορῶν, cum nostram videlicet personam sibi Christus accommodat: vt cum dicitur fact⁹ esse maledictum, & pro nobis fact⁹ esse peccatū: quo & illud pertinere vult, tunc & ipse filius subijcietur ei, qui subiecit ei omnia, vt qui hæc dixerit, nostrâ sibi δικοιούμενος personam, & se nobiscum τὰ ἁσων. i. in ordinem redigens. Alia κατὰ τὴν δι' ἐπίνοιαν διαίρεσιν, id est separationē quæ animi cogitatione fit, quam ἐπίνοια Græci vocant. Est enim ἐπίνοια facultas mētis, quæ ea quæ cōiuncta & inseparabilia re ipsa sunt

Lib. 4. Orth.  
fid. cap. 19.

E 5 dissol-

COMMENTA. DE

dissoluit & separat. Si igitur, τῆ ἐπινοίᾳ carnem à verbo separes, dicetur christus seruus & ignorans, eò quod seruam & ignorantem naturā suscepit. Hoc modo intelligi potest christus de sua carne, vt vult Athanasius, dixisse, carnem nihil quicquam prodesse, videlicet, si τῆ ἐπινοίᾳ ἢ τῶ λόγῳ carnem à verbo seiungas. Alia propter φανερωσιμὴ καὶ πισωσιμ, id est, vt se nobis manifestaret & fidem faceret. Huc pertinere volūt, Proficiebat sapientia & gratia. His modis & alius modus adijci posse videtur, qua christo aliquid tribuit κατὰ δόξαν seu μίμησιν, id est, ex opinione & ficta aliorum imitatione, vt nos prædicamus christum crucifixum gentibus stulticiam. Itē cum effectus aliquis christo tribuitur, cuius ille tñ non proprie causa est, sed κατὰ συμβεβηκός, vt Iudæis scādalum, item Ecce politus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Itē christus à propheta & apostolo Petro dicitur lapis offensionis & petra scandali. Omnium autem vñtatisima sunt, quæ de Christo dicuntur οἰκνομιᾶς, id est, ratione humanæ naturæ assumptæ, vt Christus conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus, crucifixus, mortuus, sepultus, Huc omnia

DVAB. IN CHRI. NAT. 36

omnia illa diuinarum literarum oracula pertinent, quibus christus è virginis substantia humanam suscepisse naturam aduersus veterem Apollinaris & Eutyctetis, & recentem M. Hofmanni & Mennonis errorem, confirmatur. christus est filius Dauid & Abrahæ: christus factus est ex femine Dauid secundū carnem: Christus est ex Israëlitis secundū carnem: christus est semē Abrahæ: Ego sum radix & genus Dauid. Et ea quidem testimonia, quibus christus dicitur esse ex femine Dauidis maleferiati homines eludere se posse putauerunt. Aiunt em̄ christum hæcenus è femine Dauidis factum, quod Maria de qua natus est christus Dauidis semen fuerit. Sed quid illis testimonijs facient, in quibus christus non modo ex femine dauidis siue ex muliere factus esse, verum ipse Christus semen esse mulieris & semen Abrahæ ac Dauidis, item fructus vteritum Dauidis tum virginis esse pronunciat? Recte itaque Tertullianus, Si Maria non filium sed hospitem in vtero portabat, quomodo dicitur beatus fructus vteritui. Quis hic fructus vteri qui non ex vtero germinauit? qui nō in vtero radicē egit, qui non est eius cuius est vterus? Sed aduersus hunc

Mat. 1.

Rom. 1.

Rom. 9.

Gal. 3.

Apocal. 27.

COMMENTA. DE

hunc pestiferum errorem alibi accuratius paulò pro nostra tenuitate còmentati sum<sup>o</sup>. Hanc autè, Christus est creatura, non temere, simpliciter & absolute recipiendam esse theologi prudenter commonefaciunt. Imo si quando breuitatis causa simpliciter denūciatur, nunquam tamen simpliciter intelligi debere. Nam vt Augustinus monet, Cum de Christo loquimur, quid secundum quid, & propter quid dicatur, prudens & diligens ac pius lector intelligere debet. Quapropter vt supra indicauimus, in hoc genere loquēdi (Deus mortem subiij)ta in hoc sermonis genere ratio eorū, quibuscum nobis disputatio instituta est, haberi debet. Arriani em̄ cum christum creaturam asseruerunt, ad potiore & præstantiore partem, hoc est, diuinam naturam respexerunt. Arbitrabantur enim, Christum etiam qua Deus est ante secula quidem, sed ex alia substātia à patre genitum atq; creatum. Itaq; neq; coeternū patri neq; consubstantialē affirmabāt, id quod his loquendi formis significabant, Erat quādo non erat, & Ex non extantibus est filius Dei. Quare Arrianis hunc sermonem adferentibus Christum esse creaturam assentientium minimè est.

At

DVAB. IN CHRI. NAT. 37

At sunt alij qui dissimili quidè illo sed tamen pari errore detinentur, existimātes carnem Christi, id est, Christum etiam qua homo est, in naturam profus diuinam transiisse, ipsamq; Christi carnē verè & natura siue substantia esse Deum & filium Dei, alteramq; in sacre triadis communionē personam, qui ne explicatiōe quidem addita, hanc enunciationem admittunt, qua dicitur christus homo, seu Christus qua homo est, seu vero christum quod ad humanam naturam attinet, esse creaturā. Quod cum verissimè dicatur, & sacris literis cōsentaneè (quid em̄ aliud est, christum factum esse ex semine dauid secundum carnem, quā carnem christi non ex omni eternitate fuisse, sed ex semine dauid originem & initium duxisse, quod quid aliud est quam esse creatum seu creaturam). Quidam tamen hodie incito & incircumspecto zelo gloriæ Christi vindicandæ adductus, & syllogismis etiam probationibus & rationibus (vt sibi quidem videt) probè communitis, hanc enunciationem euerte re conatus est, qua dicitur christus homo esse creatura, eiusq; assertores imperitè fortassis magis quam impiè fures gloriæ christi appellat, quæ tamen argumenta omnia eius-

lib. 1. trini.



COMMENTA. DE

eiusmodi sunt, vt à rerú theologiarú nō pē  
nitus imperito vno vmbone facile repellī &  
propulsari possint. Omnia em̄ eius argumē  
ta ex his duob⁹ ijsdēq; falsissimis principijs  
ducunt, nēpe duas in Ch̄o naturas asseri nō  
posse quin eius humanitas à diuinitate sepa  
retur, duoq; christi & duo filij constituant̄.  
Item vnā personam aliter cōstare non posse,  
quin etiā vna profus eadēq; in ch̄o natura  
concedatur: quæ principia & tanquā funda  
menta si illi adimantur cōtinuo oīs argumē  
torum eius structura & moles concidet. Sed  
exēpli causa vnum ex præclaris illis syllogif  
mis adferemus, in quo plurimū roboris esse  
putat. In nullā, inq̄t, creaturā credere, nullā  
colere, venerari ac adorare licet, sed in ch̄m  
hoiēm credere, eundem colere, venerari ac  
adorare nō modo est licitū, verum etiā oībus  
indictum, ergo ch̄s homo nō est creatura.  
maiores probat, quia cū huiusmodi λατρία  
& cultus soli deo cōueniat, cōmitteretur ido  
latria: vnde necessario sequitur, Cum tali  
λατρία Christus colendus & sit & iubeat in  
sacris literis, christum etiam secundū huma  
nitatem à creaturalitate ( hac enim voce uti  
tur) exemptum esse. Quod igitur inquit in  
nullam creaturam credere eamq; adorare li  
cere,

DVAB. IN CHRI. NAT. 40

cere, de nuda puraq; creatura rectè dicitur,  
cuiusmodi si esset homo christ⁹ & caro chri  
sti, aut etiam si τῆ ἐπινοία à diuinitate fecer  
natur, vsque adeo colēda nō erit, vt carnis na  
turā huiusmodi ch̄s nihil quicquā professe  
affirmauerit. ch̄s aut̄ homo, seu caro ch̄i  
nuda & pura creatura non est, sed diuinitatē  
in se habitantem, & per se, vt ita dicā, perme  
antē & immanentē, quod græce significanti  
us dicit̄ δι αὐτῆς ὡς: ἡαροῦσας habet. Quia  
ch̄s homo & caro christi adorati illa quidē  
& in eā credi, non quatenus caro aut creatu  
ra est, sed vt cyrillus inq̄t, quaten⁹ est dñi &  
Dei caro, & quatenus diuinitati arctissima & in  
diuidua vniōe coniūcta est & copulata, & ex  
ea & verbo vna hypostasis constituta. Rectè  
itaq; dicit̄ lignū nullū vrere & incēdere pos  
se, nihil em̄ incendit nisi ignis. At quis non  
vitiose colligentē rephēdat, carbo ignitus &  
ardens incendit, non est igitur lignū carbo.  
Quis em̄ non agnoscit incēdere carbonē nō  
q̄dem propria, sed insiti sibi & immanentis  
ignis virtute. Hac est vsus similitudine Da  
mascen⁹, Adorati, inquit, caro ch̄i in vna ver  
bi hypostasi, q̄ hypostasis generata est, non  
creaturæ venerationē præbentes: nō ergo vt  
nudam carnem adoramus, sed vt vnitā dei  
tati,

In defensione  
octauī anathē  
matismi.

Lih. 2. oriba.  
fid. cap. 8.

COMMENTA. DE

tati, in vnam hypostasim dei verbi duabus re-  
 dactis naturis. Timeo carbonem tãgere pro-  
 pter ligno copulatum ignem: adoro christi  
 Dei mei simul vtranq; naturam propter car-  
 ni vnitam deitatem. Non enim quartam ap-  
 pono personam in trinitate, sed vnam per-  
 sonam confiteor verbi & carnis eius. Hęc si-  
 militudo huic instituto aptissima illustrius  
 explicatur ab eodem libro de duab; in chri-  
 sto voluntatibus: Vt enim gladius, inquit,  
 igne micans postquam ignem & flammam  
 recepit, vnus etiam est, sic Christus vnus est  
 & vna persona post incarnationem. Et quẽ-  
 admodum gladium flammeum non audeo  
 attingere, nõ propter ferri naturam, sed pro-  
 pter ignis naturã qui coniunctus est, sic filiũ  
 Dei verbum carni coniunctũ veneror & ado-  
 ro, vnaq; carnem veneror non propter car-  
 nis naturam, sed propter Dei verbum, quod  
 ei coniunctum est. Vt autem huius arguta-  
 tionis vitium apertius fiat, alijs quoque &  
 proximioribus exemplis rem explicemus.  
 Constat itaq, nullam rem mortalem & cadu-  
 cam diuinæ imaginis & similitudinis esse ca-  
 pacem. At homo intelligentia & ratiõẽ prædi-  
 tus capax est diuinę imaginis: non tñ ex eo se-  
 quitur hominẽ intelligentia & ratiõẽ prædi-  
 tum

DVAB. IN CHRI. NAT. 41

tum non esse mortalem atq; caducum. Non  
 enim qua mortalis est & caducus, sed qua in-  
 telligentia & ratione vitur, capax est diui-  
 nę imaginis. Item, nequit homo esse me-  
 diator Dei & hominum, quid enim atti-  
 nuisset verbum carnem fieri? At Paulus asse-  
 rit hominem christum Iesum mediatorem  
 esse Dei & hominum: an ideo non erit ho-  
 mo contra apertam scripturam homo chri-  
 stus Iesus? At vere mediator est christus Ie-  
 sus, atque idem tamen homo, nõ autem ho-  
 mo tantum sed & Deus. Quare vtriusque  
 huius naturæ gratia mediatoris siue inter-  
 cessoris illi munus conuenit. Nomen enim  
 intercessoris, vt recte asserit orthodo. apud  
 Theodoretum, humanitatem & diuinitatem  
 significat. Item, nihil quod ex homine  
 natum est, fuit antequam nasceretur. At ho-  
 mo Christus Iesus fuit antequam nasceretur  
 (dicit enim christus de se homine, an-  
 tequam Abraham nasceretur ego sum) ine-  
 ptè tamen & falso imo impiè colligitur  
 non ideo esse Christum ex homine natum,  
 cum angelus aperte dicat, Quod nascetur  
 ex te & cę. fuit itaque homo ille Christus Ie-  
 sus antequam nasceretur, non quatenus ho-  
 mo est ex homine natus, sed quatenus ante

## COMMENTA. DE

secula verbū fuit patri coeternū. Ita creaturā adorari & coli nō posse cōcedimus, sed q̄ creatura tm̄ sit, & qua est creatura. hoīem autem ch̄m coli debere & adorari certū ē, cū is homo expers nō sit diuinæ naturę, cuius gratia colit ipse tot⁹ Ch̄s deus & homo. Nullo igit modo ex ijs sequit̄ Ch̄m nō esse vllō modo creaturā. nō em̄ adoratio & cult⁹ vt creature, sed vt deo & creatori tribuit̄. De hac carnis ch̄i adoratione differit Aug. homilia in Ioā. 14. dicūt inqt̄ heretici filiū nō natura esse deum sed creatū: q̄bus respōdendū est, q̄ si filius nō est de⁹ natura, sed creatura nec colēd⁹ est oīno, nec vt deus adorād⁹: sed illi ad hoc dicēt, Quid ē qđ carnē eius quā creaturā esse nō negas, simul cū diuinitate adoras, & ei nō min⁹ qđ diuinitati deseruis? ego dñicā carnem imo p̄fectā in ch̄o humanitatē ideo adoro qđ à diuinitate suscepta & deitati vnita est, vt nō aliū & aliū, sed vnū eundēq; deū & hoīem filiū dei esse cōfiteor. deniq; si hoīem separaueris à deo, illi nūquā credo nec seruo, velut si qs purpurā vel diadema regale iacēs inueniat, nunqd̄ ea conabit̄ adorare? Cū vero ea rex fuerit indutus piculū mortis incurrit, si ea cū rege adorare qs contēpserit: ita & in christo dño humanitatē nō solā vel nudam  
 sed

## DVAB. IN CHRI. NAT. 43

sed diuinitati vnitā scilicet vnū filium deum verum & hoīem verū si qs adorare contēpserit, eternaliter moriet̄. Idem sup̄ versum psalmi 98. Adorate scabellū pedū eius, sciēdū q̄a in ch̄o terra est. i. caro q̄ sine impietate adoratur. Suscepit em̄ de terra terrā q̄a caro de terra est, & de carne marię carnē accepit. Hęc si ne impietate à verbo dei assumpta adorā à nobis, quia nemo carnē eius māducat nisi prius adoret, sed qui adorat nō terrā intuet̄, sed illum poti⁹ cuius scabellū est, p̄pter quē adorat. Est tñ obseruandū ecclesiasticos scriptores cū dicunt carnē ch̄i adorari nō carnē, i. naturā carnis p̄ se, sed p̄sonę vnitatem spectare, à qua caro & humana natura separari non pōt, qđ nihil aliud est qđ adorando verbo humanitatē quoq; & carnē in ea adoratione comprehendī, vt qđ à verbo se iūgi & separari nō possit. Quare hęc locutio qñ apud patres occurrit vt carnē ch̄i dicant adorādā, in carnis nomine p̄sona tota, à qua caro separari non potest intelligi debet, vt ad superius enunciationū genus ptineat, in quo qđ diuinę naturę est de humanę naturę subiecto, in quo tñ p̄sona intelligitur, pronunciat̄. Quod si qs hinc absurdum colligere velit, vt dicat Christum hominē adorari debere, esse aut̄ ch̄m

COMMENTA. DE

hominem creaturam: consequi igitur ut sit adoranda creatura: dicemus id nullo modo consequens esse. Neque enim rectè colligitur. Carbo ignitus est incontactabilis, Carbo ignitus est lignum, igitur lignum est incontactabile. non enim carbo quia lignum est incontactari nequit, sed quia conceptum intra se ignem continet. Eodem modo non consequitur, homo intelligentia & ratione præditus capax est diuinæ imaginis, homo vero est mortalis quiddam atque caducum, igitur res mortalis atque caduca capax est diuinæ imaginis. Non enim homo quia mortalis est, sed quia intelligentia præditus est, diuinam in se imaginem recipit. Item vitiosa collectio est. Homo Christus Iesus fuit antequam nasceretur, at idem homo ille homo Christus Iesus ex homine natus est, igitur quod ex homine natum est, fuit antequam nasceretur. Non enim uti diximus, ut ex homine certo tempore natus, sed ut verbum ante secula consistens suam in carne natiuitatem antecessit: ita Christus homo non quia creatura est, sed quia verè & natura Deus est, cultum & adorationem non admittit modo, sed etiam requirit. Possent tamen omnes hæc complexiones admitti, si propriæ rationis notatio, quod

DVAB. IN CHRI. NAT. 43

quam vulgo appellationem vocant, remouetur, id est, subiecti, in quo est forma, non ipsius formæ ratio habeatur, ut dicamus creaturam adorari, id est, Christum cui creaturæ notio conuenit, at non quia creatura est, siue ratione & conceptu creaturæ: Ita & lignum vrit, id est, carbo qui lignum est, at non ut lignum. & mortale imaginem Dei recipit, id est, homo mortalis, non tamen ratione mortalitatis seu mortalis & caduci corporis. Ita Christus homo, non quia creatura est, sed quia diuinitate præditus est, adoratur.

Ad hanc regulam explicari debet celeberrima hæc sententia christi, Caro mea vere est cibus: quam idem ille syllogista, cuius iam meminimus, adducendam sibi esse putauit, ut carnem christi siue hominem christum creaturam esse inficiaretur. Nulla, inquit creaturam potest esse cibus animæ, At christus homo, siue, quod tantundem illi valet, caro christi est cibus animæ, Non est igitur caro christi creatura. At christus de carne sua loquitur, quæ sanè pura creatura non est, sed vnita diuinitati. Itaque vim illam & efficaciam viuificandi ex se ut creatura non habet, sed ut supra exposuimus, ex inhabitante, immanente, & totâ occupante

COMMENTA. DE

& complectente diuino spiritu: quemadmodum carbo ignitus incendit ille quidem & illuminat non propria sed insita sibi & per ipsum diffusam ignis virtute, itaque ipse Christus de carne sua si τῆ ἐπινοία à spiritu separatur (quod Capernaitis accidit, purum hominem Christum esse existimantibus) nihil illam quicquam prodesse asserit, sed spiritui ipsam complectenti & inhabitanti viuificandi omnem vim attribuendam esse docet, quãuis eam vim non nisi per carnem exhibeat. Spiritus enim per carnem viuificat, quod ei viuificandi vim tribuat. Caro item per spiritum viuificat, quod à spiritu viuificandi vim hauriat, quæ à spiritu in carnem manat & deriuatur. Est igitur caro organum, quod admirabili quadam *οικονομία* ad salutem nostram operandam & ad vitam conferendam spiritualis verbi natura sibi adsciuit, atque inseparabili vnione cõiunxit. Hunc fere in modum Athanasius atque cyrillus Christum de sua carne hic locutum asserunt. Sane Christus inquit, Vestri beati oculi quia vident & aures quia audiunt. Attamen vere dictum est ab Epicharmo *νοῦς ὁράει καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά*, mens est quæ videat & audiat, reliqua omnia surda & cæca. Mens est

Athanasius  
de uerbis euã  
gelij Quicquid  
dix: Cyrill. in  
Ioan. lib. 4.

ca. 23.

Mat. 23.

DVAB. IN CHRI. NAT. 44

est igitur sola quæ videat & audiat, oculus & auris nihil conferunt, intellige si mentem ab oculis & auribus summoueas: ita caro christi vere cibus est vitæ æternæ, quod mortem & resurrectionem in carne peractam, inhabitans & immanens ac inoperans verbum salutarem & viuificam fecerit. Hæc præclare exponuntur passim à B. Cyrillo maxime in illud Ioannis, Spiritus est qui viuificat.

Nō imperitè, inquit, omnino viuificam carnem esse negatis. Nam si sola intelligitur nihil prorsus viuificare potest, quippe quæ viuificante indigeat. Cum vero incarnationis mysterium laudabili cura scrutati fueritis & habitantem in carne cognoueritis, quamuis nihil penitus caro per seipsam possit, viuificam tamen esse factam credetis, nisi etiam spiritum sanctum non posse viuificare contendatis. Nam quoniam cum viuificante verbo caro coniuncta est, tota est effecta viuifica. Non enim ad corruptibilem suam naturam iunctum verbum detraxit, sed ipsa ad melioris virtutem eleuata est.

Quamuis ergo natura carnis ut caro est viuificare nequeat, facit tamen hoc, quia totam verbi operationem susceperit: & paulo post. Quas ob res caro quidem cætero-

COMMENTA. DE

rum omnium quicquam verè non prodest, caro autem christi, quia in ipsa unigenitus Dei filius habitat, sola viuificare potest. Item, Totum corpus suum viuifica spiritus virtute plenum esse ostendit. Spiritum enim hic ipsam carnem nuncupauit, non quia naturam carnis amiserit, & in spiritum mutata sit, sed quia summè cum eo coniuncta totam viuificandi vim hausit, & paulo post, Non enim natura carnis viuificum reddit spiritum, sed Spiritus virtus viuificam carnem efficit. Item, Natura carnis ipsa per se viuificare non potest, nec sola in Christo esse intelligitur, sed habet filium Dei sibi coniunctum, qui consubstantialiter vita est, quando igitur viuificam christus ipsam appellat, non ita illi vt sibi siue proprio spiritui vim viuificandi attribuit. Nam propter seipsum spiritus viuificat, ad cuius virtutem per coniunctionem caro conscendit. Hæc eadem pulchre confirmantur à Damasceno, Caro inquit, christi mortalis erat, *p seipsam: at ζωωοιός, id est, viuificans propter vnionem ad verbum secundum hypostasin: & alibi, Communicat diuina natura carni agenti, & quod actio carnis erat omnino salutaris, non*

DVAB. IN CHRI. NAT. 45  
non humanæ actionis erat, sed diuinæ. Caro autem diuinitate verbi inoperante propter hoc, vt organo, corpore diuinas actiones perficiebat. Ita in huiusmodi locutionibus non absurdum erit, si per synecdochen carnis nomine totus Christus intelligatur, sed quatenus in Christi persona inhabitans diuinitas, carnis energias & actiones salutare & viuificas efficiebat. Ita enim ipse Christus interpretari videtur. Nā cum dixisset, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, subiicit: Panis, quem ego dabo, caro mea est. Item cum dixisset. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, statim adiungit, Qui ederit me, ipse viuuet propter me. Porro edere carnem Christi, seu Christum, nihil aliud hoc loco videtur quàm fructū passionis & mortis Christi in se percipere, qui fructus ideo carni tribuitur, quòd ad eum fructum nobis exhibendum organum carnis à verbo adhibitum sit & susceptum, quomodo scriptum est, De peccato condemnauit peccatum per carnem. Item, Ipse sustulit peccata nostra in corpore suo super ligno. Atqui fructus hic non tantum in redemptione, reconciliatione & remissione peccatorum positus est, sed in

COMMENTA. DE

quadā nostri in Christū infitiōe & incorpōratione, & quodāmodo naturali cōmunionē, ita vt nos cū Christo in vnū quodāmodo corpus redigamur, & eodē spiritu, tanq̄ eiufdē corporis mēbra vegetemur & animemur, atq; adeo in futura resurrectiōe, exuto hoc corruptibili & mortali corpore, virtute & efficacia Christi per carnē eius in nos diffusa, in naturā incorruptibilis & immortalis corporis Christi transformandi & immutandī simus. Sed hæc latius explicare hui⁹ loci nō est: pauca tamē oblata occasiōe dicēda erāt, vt perniciosus hic error, q̄ multorū animos occupauit, confutēt, qui carnē Christi ideo esse cibū vitę æternę asserūt, quod in naturā diuinā pr̄sus trāsierit, atq; adeo ipsa natura carnis christi verē & substātia deus sit, alteraq; in trinitate persona. Quare si cū hominib⁹ huic errori affinib⁹ res habeat, nihil prohibebit dicere christū hominē esse creaturā, id est, christū, quantū ad humanam naturā attinet. Est enim in christi persona verē natura humana, quam factam & creatā esse negari nō potest, quo fit, vt hac ratiōe nōnulli simpliciter christū esse creaturā admittāt, simileq; esse volūt, cūm dicitur christus esse mortalis, patibilis, virginis filius, cui nō repugnat,

DVAB. IN CHRI. NAT. 46

pugnat, quo minus alia ratione æternus, immortalis, impatibilis & Dei filius dicatur. Quò pertinere illud Apostoli volunt, Misit Deus filium suum vnigenitū factum ex muliere, multaq; ecclesiasticorum scriptorū testimonia proferunt, quibus nō modò Christus, sed filius Dei, Deus & creator, creatura esse simpliciter pronūciatur: vt verbi causa Augusti. sermone quodā de natiuitate domini, magnū sacramentū & admirabile mysterium, quia creator mūdi voluit esse creatura. Hieronymus in illud ad Ephes. 2. Ipsius sumus factura: Multi (inquit) timore trepidant, ne Christum esse creaturā dicere cōpellantur, nos proclamamus non esse periculum dicere Christum esse creaturam. Itē Leo papa sermone de natiuitate Domini. Noua, inaudita conuentio. deus qui semper est, & semper erat, fit creatura.

Hæc autē enunciatio, Christus est filius dei adoptiōe, etate Caroli magni ab Eliphādo Toletano, & felice Orgelitano episcopis, scriptis ad Carolum eundē literis asserta, ad conuocandū ex Italia, Gallia, Germania, britānia, episcoporū conuentū eundē religiosissimū principem induxit, qui conuentus habitus fuit in suburbani Moguntię Metro-

COMMENTA. DE

politanae ciuitatis, regione Germaniae, in loco celebri, qui dicitur Fræconofurd (ita enim hic locus in vetustis manuscriptis, de eo concilio libris, quos videre & legere contigit, describitur.) In eo igitur concuentu opera & studio religiosissimi principis Caroli, anno regni eius 26. concordia omnium patrum sententia hæc assertio Eliphandi & Felicis, qua Christum naturalem quidem ratione diuinitatis, sed adoptiuum humanitatis ratione filium esse, comprobare nitentur, reiecta & refutata fuit: quatuorque hac de re libelli eiusdem principis hortatu & studio confecti, & ad episcopos Hispaniarum transmissi fuerunt. Primus libellus epistolam Adriani apostolicæ sedis episcopi, nomine ecclesiæ romanæ continet. Alter est libellus Paulini, episcopi Aquilegiensis & Foroiulienensis, nomine episcoporum vicinioris Italiæ, ipsdem Hispaniæ episcopis inscriptus. Tertius nomine synodi & episcoporum Germaniæ, Galliciæ & Aquitaniæ, ipsdem destinatus. Quarto loco est epistola ipsius Caroli humanitatis & pietatis plenissima, qua eosdem ad respicientiam hortatur, cui pulcherrimum fidei symbolum inseritur. Ex tertio igitur libello episcoporum Germaniæ & Galliæ, hæc ratio ad

DVAB. IN CHRI. NAT. 47  
 ad hunc errorem confutandum adducitur. Cōmemoratis enim verbis Gregorij, in epistola ad Quirinum, ubi ait: Non autem prius in vtero virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem, sed mox ut verbum venit in vtero, mox verbum seruata propria virtute naturæ, factum est caro & perfectus homo. Idem in veritate carnis & animæ rationalis natus est per vterum virginis filius Dei. His inquam cōmemoratis subiiciunt, Si igitur mox à tempore conceptionis verus Deus Dei filius conceptus est, quando fuit ut homo esset sine deo, unde adoptaretur in filium. Sicut enim nunquam fuit ut Deus pater esset sine deo filio, de quo dictum est, In principio erat verbum, ita nunquam fuit, ut homo Iesus esset sine deo, de quo dictum est, Verbum caro factum est, id est, Deus homo factus est. Atque ut hæc res clarius explicetur, Christus iuxta diuinitatem filius est Dei naturalis sine matre, consubstantialis patri: iuxta carnem verò filius est virginis naturalis sine patre, matri virgini & vniuerso hominum generi cōsubstantialis. Dei autem filius adoptione ne quidem iuxta carnem dicendus esse videtur, tum quod in sacris literis eiusmodi nihil, ex quo id confici possit,



COMMENTA. DE

fit, reperitur, tum quòd nulla necessitas ad nouum, & scripturis, & patribus ignotù & inauditum nomen inducendù in ecclesiam impellat, tum etià quòd ratio nulla, vt id dicatur, admittere videatur. Quæri enim potest, quando hæc adoptio facta sit, in conceptione, an verò in partu: in conceptione quidem nondum secundum carnem filius propriè dici poterat, cum nondù iuxta carnem è virgine natus esset: Quare neq; Dei iuxta carnem adoptione filius, cum in eum iuxta carnem nondù filij nomè quadraret, id quod angeli verba testari videntur, Concipies in vtero & paries filium: mater enim vera & perfecta ante partum dici non potest, quare neque filius, priusquàm natus & in lucem æditus est. Porro adoptiuus cuiquàm fieri filius non potest, qui non sit antè alicuius filius naturalis. In ipso verò partu nõ hominem nudum, sed deum & dei vnigenitum ac naturalem filium, iuxta diuinitatem & iuxta carnem verum hominem & natura primogenitum hominis filium, vnum tamen atque eundem Christum, dei filium & hominis, nõ duos filios edidit, qui Christus adoptionis gratia nullo modo opus habebat, vt cui gloria summa & hereditas re-

gni,

DVAB. IN CHRI. NAT. 48

gni, longè suprà adoptionis captum, singulari vnionis beneficio debebatur. Quamuis itaq; rectè frater noster dicatur, & quidè naturalis iuxta carnè, quia eiusdem generis carnem accepit, & nos illi adoptione fratres simus, quia in eiusdè hereditatis possessionè, quæ illi vt proprio & naturali filio debetur, asciti sumus & adoptati, nequaquam tamen nobiscum cõmunem adoptione patrè deũ agnoscit, sed alia ratione suum, alia nostrũ deum patrè esse significat, cui rei argumèto est id, quod Adrianus vrbis Romæ episcopus, grauissima illa & eruditissima ad Eliphandũ, & episcopos Spaniarum (ita enim appellat) epistola, cuius suprà meminimus, adnotauit, Christum in euãgelio perpetuò ita loqui, vt dicat, Pater meus, nusquàm autem ita, vt dicat, Pater noster, sed pater meus & pater vester. Vado (inquit) ad patrem meũ, & ad patrem vestrum, non inquit ad patrem nostrum, vt intelligas non eadem ratione & christi, & reliquorum hominũ deũ patrè appellari. Dicitur em̃ christi pater, quod eum è substantia sua ex omni eternitate genuerit: noster autem, quod nos ad vnigeniti filij hereditatem adoptione vocauerit. Hæc autem ideo à nobis adiecta sunt, quòd

COMMENTA. DE

quòd videam hac atate virum quendam doctissimum, & de re rheologica aduersus hærefes optimè meritum, minus cautè Christum hominem Deum habere patrem adoptione nobis cõmunem concessisse, eo argumento inductum, quòd nos Christi fratres & cohæredes sumus, & iuxta carnem adoptati: sumus quidè cohæredes Christi, sed longè alia ratione ille hæres & nos hæredes. Illi enim hæreditas etiam iuxta carnem vnionis, vt dixi, beneficio multis numeris adoptionè eccellente contigit, quam eandè hæreditatem nos per adoptionis gratiã expectamus: cuius quidem adoptionis causa fratres Christi dicimur, vt qui in ius eiusdè hæreditatis, quod Christo naturali & vniogenito filio iuxta diuinitatem debetur, asciti & coopati sumus, cuius hæreditatis & ipsa caro Christi non propter adoptionem, sed vt diximus hac multò potioem vnionem particeps est. Dicitur & alia ratione frater hominum Christus, iuxta carnem, quod ex eodè humani generis auctore Adamo, quõs admirabili & inusitato modo, verè tamen fatus & propagatus sit. At nec ea ratione necesse est, Christum iuxta carnem Dei filium dici, nisi fortassis creationis gratia. Nam nec ipsi

DVAB. IN CHRI. NAT. 49

ipsi homines hac ratione aliter dei filij dicuntur, quàm quòd à deo creati sint, cùm innumeri sint hoc modo inter se, & cum christo iuxta carnem fratres, qui adoptionis beneficio destituuntur.

Ad hoc item enunciationum genus à Latinis potissimū refertur hæc, Pater maior me est, seu christus est inferior patre, videlicet vt ratione naturæ humanæ, patre esse inferior intelligatur. Græci tamen, in quibus Basilus, Epiphanius & Damascenus eam locutionem ita explicant, vt ad diuinam quoque naturam referatur. Ideo enim Christū dixisse patrem maiorem, quòd à patre genitus sit, & omnia quæ habeat filius, à patre tanquã à principio & fonte ducantur, iuxta quam rationem Christus inquit, Quæadmodum pater habet vitam à semetipso, ita dedit filio habere vitam in semetipso. Cyrillus autem vtranque sententiam adducit, sed magis in eam propensus est, quam Latini sequuntur. Relinquitur (inquit) vel quia ex patre filius est, vel (quod magis nos credimus) propter incarnationis dispensationem, maiorem patrem filio à scriptura esse appellatum. Amphiloichus certè Iconij episcopus, apertè hac explicatione est vsus. Ita

Lib. 2. thesauri cap. 8

G enim

COMMENTA. DE

enim in oratione in illud, Pater maior me est, Christi verba interpretatur. Quocirca alicubi quidem dico me esse patri equalem, alicubi verò maiorem patrem, non mecum pugnans, sed ostendens me esse Deum & hominem: Deum quidem per sublimia, per humilia verò hominem. Si autem vultis scire quomodo pater maior me est, id dixi ex carnis, & non ex diuinitatis persona.

Tertium huius ordinis enunciationum genus est, cum id quod vtriusque naturæ est, de vtraque natura profertur, vt Christus est noui testamenti conciliator, Dominus Iesus est aduocatus noster, & propiciatio pro peccatis nostris, ipse est pax nostra, Christus factus est nobis sapientia à Deo, iusticiaque & sanctificatio, & redemptio. Huc referri possunt & illa, Caro mea verè est cibus, Sanguis meus verè est potus, sanguis Christi emundat nos ab omni peccato, sanguis Christi, qui per Spiritum æternum obtulit se immaculatum Deo purgabit conscientiam vestram à mortuarijs operibus. Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel peractam. Vnum enim idemque efficiunt

Heb. 12.

Heb. 9.

Heb. 10.

DVAB. IN CHRI. NAT. 50

ciunt hæc, Sanguis Christi emundat nos, Christus sanguine suo emundat nos. Item oblatio corporis Christi sanctificauit nos, & corpus Christi pro nobis oblatum, sanctificauit nos, & Christus corpore suo pro nobis oblato, nos sanctificauit. Item, caro Christi pro nobis data, verè est cibus. Et, Christus carne sua pro nobis data, verè nos pascit, & Oblatio carnis Christi pascit nos.

Est illud quoque animaduertendum extare orationes quasdam, in quibus in eodem orationis ambitu hæc idiomata siue attributa confundantur & permisceantur, vt alia ad diuinitatem, alia ad humanitatem, alia ad vtramque naturam sint referenda, quæ omnia eò spectant, vt naturarum indiuulsa coniunctio, & inseparabilis personæ vnitas significetur, vt apud Ioan. Cap. 6. Cum videritis filium hominis ascendentem (vt hominem) vbi erat prius, (vt pote Deus.) Item, Hic est de quo dicebam, Ioan. 1. qui cum me sequeretur (iuxta hominem) antecessit me, quia prior me erat (iuxta diuinitatem). Matthæus, Post me venit Matt. 3. vir, qui ante me factus est. Rursum Io. Ioan. 16. annes in euangelio: Exiui à patre & veni

COMMENTA. DE

in mundum (de diuina natura hæc intelligenda sunt). Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, (hæc ad humanam naturam pertinent.) Item, Ille me glorificabit (vt hominem) quia de meo accipiet (vt Deo & Dei filio). In epistola ad Hebræos, Posteaquam pueri carne & sanguine præditi sunt, & ipse similiter eadem participauit (de humana natura intellige) vt per mortem deleter eum, qui mortis habebat imperium, & liberos redderet eos, qui metu mortis obnoxij erant seruituti (hæc vtriusque naturæ sunt.) Plura huius generis passim in sacris literis occurrunt.

Cap. 2.

Quæ de varietate locutionum in sermone, qui de Christo habetur, diximus, eadem in hominis persona animaduerti possunt. Cùm enim in homine duæ sint naturæ, & in his vna constans persona, fit vt triplicia quoq; attributa siue idiomata de homine pronuncientur. Alia enim ad animam siue spirituale hominis substantiã pertinet, vt intelligere, velle: alia ad corporeã, vt longum, latum: alia ad vtramq; simul, siue totam hominis personã referunt, vt videre, loqui. Cùm igitur Christus dicebat latroni, Hodie

mecum

DVAB. IN CHRI. NAT. 51

mecum eris in paradiso, vere pronuntiabatur de hoc homine siue latrone, futurum eum eo die in paradiso, non quidem ratione corporis, quod eo die de cruce depositum in terram condebatur, sed ratione animæ siue spiritualis & potioris naturæ. At cum Iacobus dicitur sepultus à filijs, item Stephanus à viris religiosi elatus, vere quidem dicitur, sed manifestum est corporis tantum non etiam animæ rationem haberi. Cũ vero scribitur de claudio à Petro erecto, Et exiliens stetit & ambulabat intrauitq; cum illis in templum, inambulans, saliens ac laudans Deum, ex fanè actiones corpori & animo communes fuerunt.

Astor. 2.

Hæc studio catholicæ veritatis, quam à nonnullis hodie ingenti cum periculo simplicium & imperitorum oppugnari & labefactari intelligo, à nobis quàm fieri potuit breuissimè & dilucidissime dicta sunt, quæ quidem subtilius, ornatius, & copiosius dici potuerunt, verum id neque ingenij nostri tenuitas, neque valetudinis imbecillitas admittebat, nec fanè instituti nostri ratio postulabat. Nostrum enim institutum tantum fuit expolitoris & copiosioris disputationis lineamenta tantum ducere, & lon-

G 3 gio-


## COMMENTA. DE

gioris expositionis materiam quandam sup-  
peditare, vt cuius in promptu sit, quo &  
subtilitatibus & argutijs hæreticorum oc-  
currat, seq; ab eorum contagiõẽ quibusdam  
quasi antidotis tutum incolumemque con-  
seruet. Si quid autem, vt fit in rebus perple-  
xis & obscuris minus apte aut etiam fortal-  
sis in quibusdam iuxta sacram scripturam  
receptæ sententiæ minus cõsentaneẽ (quod  
minime puto) dictum sit, id pertinacius  
tueri nolim, sed meliora monenti tum hic,  
tum in alijs omnibus concedere paratus  
sum. Studui tamen quantum potui à præ-  
scriptis scripturæ, & sanctorum patrum scri-  
pturæ regulam insequentium formulis nul-  
quam recedere, & rem intricatam pro inge-  
nij modulo & eruditionis tenuitate vtcun-  
que explicare, quod si minus commodè  
alicubi factum est, id rei difficultate non no-  
stræ voluntati ascribendum erit. Quis  
enim tam lynceus est, vt in tantis tenebris  
& salebris nihil offendat, nusquam incur-  
rat? Confiteor autem me eam de incarna-  
tione Christi fidem animo tenere, quæ iux-  
ta sacræ scripturæ præscriptum in conci-  
lijis Ephesino aduersus Nestorium, & Chal-  
cedonensi aduersus Eutichen est defini-  
ta,

DVAB. IN CHRI. NAT. 52  
ta, & à sacris scriptoribus, in quibus hic Vi-  
gilius Tridentinus Episcopus est, eruditè &  
piè est explicata, quam Christus in  
ecclesia sua integram illẽsam-  
que conferuet.

Amen.

FINIS.



Quid sit  
vulgatum  
data in  
Quid sit  
vulgatum

ne 4<sup>or</sup> m<sup>o</sup> f<sup>o</sup> n<sup>o</sup> s<sup>o</sup> } 4  
f<sup>o</sup> p<sup>o</sup> h<sup>o</sup> n<sup>o</sup> v<sup>o</sup> i<sup>o</sup> s<sup>o</sup> } 26  
in adiunctis collate } 27

que r<sup>o</sup> n<sup>o</sup> e<sup>o</sup> n<sup>o</sup> i<sup>o</sup> n<sup>o</sup> e<sup>o</sup> } 29  
s<sup>o</sup> x<sup>o</sup> d<sup>o</sup> i<sup>o</sup> n<sup>o</sup> s<sup>o</sup> p<sup>o</sup> h<sup>o</sup> n<sup>o</sup> } 29

f<sup>o</sup> 4<sup>or</sup> m<sup>o</sup> s<sup>o</sup> s<sup>o</sup> r<sup>o</sup> q<sup>o</sup> e<sup>o</sup> } 31  
x<sup>o</sup> d<sup>o</sup> i<sup>o</sup> n<sup>o</sup> s<sup>o</sup> } 31

quis s<sup>o</sup> m<sup>o</sup> r<sup>o</sup> s<sup>o</sup> x<sup>o</sup> t<sup>o</sup> h<sup>o</sup> } 32  
logia: qui s<sup>o</sup> n<sup>o</sup> n<sup>o</sup> i<sup>o</sup> a } 32

x<sup>o</sup> q<sup>o</sup> n<sup>o</sup> f<sup>o</sup> i<sup>o</sup> l<sup>o</sup> i<sup>o</sup> n<sup>o</sup> s<sup>o</sup> } 40  
n<sup>o</sup> n<sup>o</sup> t<sup>o</sup> h<sup>o</sup> } 47

varietas s<sup>o</sup> m<sup>o</sup> n<sup>o</sup> i<sup>o</sup> n<sup>o</sup> } 50  
in t<sup>o</sup> r<sup>o</sup> e<sup>o</sup> s<sup>o</sup> t<sup>o</sup> r<sup>o</sup> e<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> t<sup>o</sup> } 50  
ta t<sup>o</sup> r<sup>o</sup> e<sup>o</sup> p<sup>o</sup> i<sup>o</sup> t<sup>o</sup> n<sup>o</sup> i<sup>o</sup> a } 51

